in patriam; sen. 28. illi inimicis interfectis ... reducti sunt; Quir. 10. ego eis ... provincias obtinentibus ... reductus sum; ib. nec ... dubitavi quin me secum ipsa (res publica) reduceret; ib. 14. an ego ... dubitarem quin is me confectum consularibus volneribus consulari medicina ad salutem reduceret? ib. 15. quoniam me in civitatem res publica ipsa reduxit; ib. 18. qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus, reducti inimicis interfectis; dom. 87. uti ... rerum capitalium condemnatos in liberas civitates ... reduceret; Sest. 84. hic me meus in rem publicam animus pristinus ... cum C. Caesare reducit ... in gratiam; prov. cons. 23. cur igitur exspectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus; ib. 25. ut haberent quem reducerent; Planc. 26. quocum me si ante Cn. Pompei auctoritas in gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret; Rab. Post. 19. si per eum reductus insidiose rediissem; ib. 33. de exsilio reducti a mortuo; Phil. I, 24. ut tibi per me liceat quendam de exsilio reducere; ib. II, 9. si erat is ... Caesaris lege reductus; ib. 10. cum hesterno die ... me ovantem ... populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit; ib. XIV, 12.

auctoritatem, concordiam, copiam: ut ... ubertas agrorum, frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, iudicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas mecum simul reducta videantur; dom. 17.

consulem: ſ. alqm.; Verr. a. pr. 18.

equitem: ſ. alqm.; Verr. V, 155.

exsules: ut ... exsules reducantur; Verr. V, 12. ut ... exsules Byzantium reducerentur; dom. 52. reducti exsules Byzantium condemnati; Sest. 56. qui ... exsules reduxerit; Phil. III, 30.

iudicia, leges: ſ. auctoritatem.

regem: reges a se in gratiam esse reductos; Cluent. 101. „tu .. Gabinium ut regem reduceret impulisti"; Rab. Post. 19.

spem: ſ. auctoritatem.

testis: possum excitare multos [reductos] testis liberalitatis tuae; Rab. Post. 47.

tranquillitatem, ubertatem: ſ. auctoritatem.

redundo, überſtrömen, hinüberfließen, ſchwimmen, triefen, Ueberfluß haben: alqs: non .. reus ex ea causa ... redundat Postumus; Rab. Post. 11.

alqd: quantum ex eo, quo istius avaritia contenta fuit, redundavit; Verr. III, 103. si quid redundarit de vestro frumentario quaestu; ib. 155. unde etiam quod posteris solveretur, redundaret; leg. agr. II, 1. verendum mihi non erat ne quid hoc parricida civium interfecto invidiae mihi in posteritatem redundaret; Catil. I, 29. si haec elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint; Muren. 85. ad quos aliquantum etiam ex cotidianis sumptibus ac luxurie redundat; Cael. 57.

Africa: quae (Africa) magnis oppressa hostium copiis eorum ipsorum sanguine redundavit; imp. Pomp. 30.

Capua: haec (Capua) ... optimorum civium ... multitudine redundat; Piso 25.

copia: quorum hodie copia redundat; Sest. 95.

crux: quae (crux) etiam nunc civis Romani sanguine redundat; Verr. IV, 26.

dolores: omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores; Milo 103.

domus: non .. illam Oppianici domum viri sui sanguine redundantem reformidat; Cluent. 27.

forum: quod forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundavit; Verr. III, 186. forum Syracusanorum ... adventu Verris Siculorum innocentium sanguine redundasse; ib. IV, 116.

fossa: cuius ego imperium, ... non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem, Germanorum imanissimis gentibus obicio et oppono; Piso 81.

invidia: ne quae popularis in nos aliquando invidia redundaret; dom. 69. ſ. alqd; Catil. I, 29.

laus: quod laudem adulescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare; Ligar. 8.

locus: omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit; Catil. III, 24.

nationes: quae (nationes) numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare; prov. cons. 30.

pecuniae: hinc illae extraordinariae pecuniae ... redundarunt; Verr. I, 100.

periculum: si ex hoc tanto in omnis mortalis beneficio nullum in me periculum redundavit; Sulla 27.

reus: ſ. alqs.

sermones: ut aliqui sermones hominum alienis bonis maerentium etiam ad vestras auris permanarent et in iudicio ipso redundarent; Balb. 56.

victoria: acerbissimo luctu redundaret ista victoria; Ligar. 15.

reduvia, Nietnagel: qui, cum capiti Sex. Roscii mederi debeam, reduviam curem; Sex. Rosc. 128.

redux, wiederkehrend: quid me reducem esse voluistis? Milo 103.

refello, widerlegen: I, 1. unperſönlich: vinci, refelli, coargui putat esse turpissimum; Flacc. 11.

2 alqs: refellito, si poteris; Verr. V, 154.

II. infin.: qui refellemus potuisse non dare, si noluisset? Scaur. 19.

III. alqm: non metuo .. ne ... refellendi mei causa ... vertat se et senatui pareat; Phil. VI, 9.

alqd: cum id ... re ipsa refellatur; Verr. III, 33.

crimina: signis luce omni clarioribus crimina refellemus; Cael. 22.

inconstantiam: inconstantiam tuam cum levitate tum etiam periurio implicatam refellisti; Vatin. 3.

inscriptionem, legem: ut locus ipse in tanta tua iniuria legem et inscriptionem statuae refelleret; dom. 81.

mendacium: hominis non esset, in tanto discrimine et periculo civis refellere et redarguere nostrum mendacium; Ligar. 16.

orationem: nam aut oratio testium refelli solet aut vita laedi: qua disputatione orationem refellam eius ..? Flacc. 23. refelletur oratio mea; Phil. I, 26.

testem: hunc .. testem meum refelli ... volo; Verr. V, 155.

refercio (refarcio), anfüllen: auris: subinvisum apud malevolos Postumi nomen ... auris refersit istis sermonibus; Rab. Post. 40.

cloacas: meministis tum .. corporibus civium Tiberim compleri, cloacas referciri; Sest. 77.

Italiam, urbem: qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt; Fr. B. VII, 8.

refero, zurückbringen, zurückführen, zurückgeben, zurückzahlen, bezahlen, wiedererſtatten, berichten, erzählen, melden, anzeigen, Antrag ſtellen, eintragen, notiren,

Digitized by Google

regiſtriren: I. **abſolut: 1. unperſönlich:** causam ascribunt cur non tum in litteras relatum sit; Verr. I, 88. dies unus, alter, plures: non referri; ib. IV, 66. cum iam non solum discessio facta esset, sed etiam perscriptum atque in tabulas relatum; ib. 146. ut alter in aerarios referri ... iubeat; Cluent. 122. credo esse neminem qui his hominibus ad vere referendum aut fidem putet aut ingenium defuisse; Sulla 42. referendum ad sacerdotes publicos non putasti? dom. 132. agatur modo haec res, quod ex eo senatus consulto ... referri ad vos necesse est; har resp. 31. numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licebit; prov. cons. 17. ab altero ... relatum ad senatum; Piso 44.

2. perſönlich: alqs: tu ... ad C. Aquilium aut ad L. Lucilium rettulisti; Quinct. 53. rogatus eras, ne referres; Qu. Rosc. 9. hoc modo aut ego aut tu .. aut quisquam omnium rettulit? Verr. I, 36. cur non rettulisti? ib. 99. si in acceptum non rettulisset; ib. 149. post ad amicos rettulit; ib. II, 69. ideo C. Claudius Pulcher rettulit, ut C. Verres posset auferre? ib. IV, 7. tollere incipiunt, ut referrent; ib. 65. iste in tabulas refert; ib. V, 182. ego .. tibi refero; Caecin. 84. ego me profiteor relaturum; imp. Pomp. 58 ad senatum referrem; Rabir. 35. „refer .. ad senatum"; Catil. I, 20. non referam; ib. meministis fieri senatus consultum referente me; Muren. 51. dixisti senatus consultum me referente esse factum, ib. 67. „non refert"; Flacc. 33. cum operi publico referunt; ib. 44. rettulit ad iuris consultos; ib. 80. ait me aliter ac dictum sit in tabulas publicas rettulisse; Sulla 40. quod illo referente vos decrevistis, ut ..; sen. 24. illo .. ad conlegium rettulit: tu ad quem rettulisti? dom. 131. P. Lentulo et Q. Metello consulibus referentibus statuit (senatus); har. resp. 13. verum referte; ib. 14. vobis .. referentibus, o post hominum memoriam fortissimi atque optimi consules, decrevit idem senatus! ib. 15. decrevit senatus frequens ... referente Ninnio; Sest. 68. me ... absentem principe Cn. Pompeio referente ... revocarant ‖ revocarunt ‖; Piso 25. me Kalendis Ianuariis ... frequentissimus senatus ... referente clarissimo ac fortissimo viro, P. Lentulo, ... revocavit; ib. 34. Torquatus ... me referente ab senatu imperator est appellatus; ib. 44. ut ad senatum referretis; ib. 77. at ad quos refert? Phil. II, 14. cur M. Brutus referente te legibus est solutus? ib. 31. hodierno .. die primum referente viro fortissimo, ... hoc M. Scauro, conlegisque eius, ornatissimis viris, optimis civibus ... ad spem libertatis exarsimus; ib. IV, 16.

cives: ſ. alqs; Phil. IV, 16.

conlega: eodem .. P. Lentulo auctore et pariter referente conlega frequentissimus senatus ... commendavit; Quir. 15. ſ. alqs; Phil. IV, 16.

consul: inimico .. optimo viro ... altero *consule* referente reductus sum; Quir. 10. pro me superiores consules semper ut referrent flagitati sunt; ib. 11. nec referre ad senatum consulibus nec sententiam dicere sibi licere; dom. 68. quo consule referente primum decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio; prov. cons 27. ſ. alqs; har. resp. 13. 15.

princeps: ſ. alqs; Piso 25.

tribuni: tribunis plebis referentibus sententiam de me designatus consul saepe dixisti; dom. 70. tribunis .. plebis octo referentibus praestantissimam de me sententiam dixit; Sest. 70.

vir: ſ. alqs; Piso 34. consul.

II. **mit Ergänzung:** 1. de: ſ. **de,** I. refero (33 St.) Bd. II, S. 11, a. **ad,** I. refero (19 St.) Bd. I, S. 75.

2. indir. Frage: ego institui referre ad vos ... tamquam integrum, et de facto quid indicetis et de poena quid censeatis; Catil. IV, 6. tuum est ... quid mihi nunc animi sit, ad te ipsum referre; Deiot. 7.

3. acc. c. inf.: cognoscite .. quanti se vendidisse rettulerit; Verr. III, 83. iussisti .. ipsum in tabulas referre haec omnia signa ... vendita esse. rettulit; ib. IV, 12. ut haec quoque referret HS VI milibus Io se tibi vendidisse; ib. 28. quibus in tabulis refert sese Q. Tadius dedisse iussu istius Graecis pictoribus; ib. 31. turpitudinem summam esse arbitrantur referri in tabulas publicas pretio adductam civitatem et pretio parvo ea, quae accepisset a maioribus, vendidisse atque abalienasse; ib. 134.

III. **mit einfachem Object:** alqm: ut hic potius vivus in reos quam occisus in proscriptos referretur; Sex. Rosc. 27. occisum in proscriptorum numerum rettulistis; Sex. Rosc. 32. qui Sthenium Thermitanum, hospitem suum, ... absentem in reos rettulerit; Verr. V, 109. qui iurati debent optimum quemque in lectos iudices referre; Cluent. 121. iterum iste ... Romam se rettulit; Flacc. 50. dicebas te tuis umeris me custodem urbis in urbem relaturum; dom. 40. an quod cum esset ablatus ... non se referri iussit? Sest. 80. cum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, rettulisset; Scaur. c. 3, § 4. absentem, credo, in reos relatum; Phil. II, 56. quas Kalendas Iunias exspectasti? an eas, ad quas te peragratis veteranorum coloniis stipatum armis rettulisti? ib. 100.

alqd: quid a nobis ... refertur? Quinct. 44. ut mea causa falsum in codicem referret; Qu. Rosc. 1. improbum est non referre quod debeas; ib. 2. qui verum non rettulit; ib. quodcumque rettulisset; ib. 3. quod in codicem iniuratus referre nolit; ib. 4. hoc institui atque adeo institutum referri ac renovari moleste ferunt; div. Caec. 68. si aut referri aliquid in litteras publicas vetuisses aut quod relatum esset tolli coëgisses; Verr. I, 88. hoc modo iste sibi et saluti suae prospicere didicit, referendo in tabulas ... quod gestum non esset; ib. 158. omnia ... rationibus populorum non interpositis neque perturbatis ... ordine relata atque confecta sunt; ib. III, 175. haec ego ad memoriam vetustatis, non ad contumeliam civitatis referri volo; ib. V, 84. ut publice quoque, quae vellet, in litteras civitatum [...] referri iuberet; ib. 103. id .. me ... illorum defensioni rettulisse; Caecin. 85. te .. illud idem ... nunc rettulisse demiror; Cluent. 86. ut ... id postea referendum ad populum non arbitrarentur; ib. 137. QUOD NEQUE CONSUMPTUM IN MONUMENTO NEQUE IN AERARIUM RELATUM SIT, ID AD XVIROS REFERRI iubet; leg. agr. I, 12. horum erit nullum iudicium, ... quid relatum, quid residuum sit; ib. II, 59. aut omnia occulte referenda fuerunt aut aperte omnia; Flacc. 44. NE QUID AD VOS REFERRET; sen. 8. ne tam necessarium quidem est male meritis quam optime [meritis] referre quod debeas; Quir. 22. quod nondum est relatum; har. resp. 62. ut ... aliquid denique ad senatum referrent; Sest. 25. cum omnia semper ad dignitatem rettulissem; ib. 48. quod ille in tabulas publicas rettulisset; Balb. 11. quando quidem amisso exercitu nihil incolume domum praeter os illud tuum pristinum rettulisti; Piso 53. quibus ex rebus nihil est ... quod referre ad voluptatem corporis possis; ib. 60. quicquid dixi, ad unam summam referri volo vel humanitatis vel clementiae ... tuae; Ligar. 29. si quid memoriae causa rettulit in libellum, Phil. I, 19. ecquid ad eum umquam de re publica rettulisti? ib. II, 14. tu ... ad eum de re publica

Digitized by Google

nihil referas, referas ad eos? ib. 15. quamquam vos nihil aliud nisi de praesidio, ut senatum tuto consules Kalendis Ianuariis habere possent, rettulistis; ib. III, 13. cur consul nihil referebat ‖ referat, refert ‖ ad senatum? ib. 21. constituistis ut haec ad vos Kalendis Ianuariis referrentur, quae referri videtis, de honoribus et praemiis bene de re publica meritorum; ib. V, 28. ea, quae proficiscebantur a legibus, ... semper ad facilitatem aequitatemque referebat; Phil. IX, 11. si ad nos nihil referetur de Dolabella persequendo; Phil. XI, 27.

animum: cum .. ad te ... oculos animumque rettuli; Quinct. 47. refer animum sis ad veritatem; Sex. Rosc. 48. rerum natura coget te necessario referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum; Phil. XI, 22.

aprum: in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere; Verr. IV, 95.

argentum; AURUM, ARGENTUM ... AD QUOSCUMQUE ‖ QUODCUMQUE ‖ PERVENIT NEQUE RELATUM EST IN PUBLICUM NEQUE IN MONUMENTO CONSUMPTUM, id profiteri apud xviros et ad eos referre iubet; leg. agr. II, 59.

aspectum: qui si ex illa iactatione ... referunt aspectum in curiam; prov. cons. 38.

aurum: ſ. argentum.

beneficium: homines tenues unum habent in nostrum ordinem ... referendi beneficii locum hanc ... adsectationem; Muren. 70.

consilia: ut omnia consilia atque facta ad dignitatem et ad virtutem referremus; Phil. X, 20.

consuetudinem: neque .. magis animos ... res umquam ulla commovit quam haec maiorum consuetudo ... repetita ac relata; div. Caec. 67. cum longo intervallo veterem consuetudinem rettuli; Verr. I, 15.

consultum: QUOD M. TULLIUS FALSUM SENATUS CONSULTUM RETTULERIT; dom. 50. si ... rettulit falsum senatus consultum, tum est rogatio; si non rettulit, nulla est; ib. senatus etiam consulta pecunia accepta falsa referebat; Phil. V, 12.

custodem: ſ. alqm; dom. 40.

dicta, facta: si ... omnia .. ad eorum voluntatem nostra dicta facta referuntur; Phil. X, 19. ſ. consilia.

flagella: hic misericors flagella rettulit; Rabir. 12.

folia: ex illo fonte et seminario triumphorum cum arida folia laureae rettulisses; Piso 97.

fructum: cum in eo vestra dignitas mihi fructum diligentiae referret; Verr. I, 20.

gratiam: ſ. **gratia,** II, 1. refero (25 St.) B. II, S. 423, b.

hospitem: ſ. alqm; Verr. V, 109.

indicium: cum scirem ita esse indicium relatum in tabulas publicas; Sulla 42. abs te ... quaero, cum indicatus tuus esset inimicus, ... tibi ... prius etiam edituri indicium fuerint scribae mei, si voluisses, quam in codicem rettulissent, cum videres aliter referri, cur tacuisti? ib. 44.

iniuriam: tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse [gratiam] videar; Sulla 47.

iudices: cum ex CXXV iudicibus ... V et LXX reus reiceret, L referret; Planc. 41.

iudicia: nisi ad equestrem ordinem iudicia referantur; Verr. III, 223.

laudem: cum L. Flaccus veterem Valeriae gentis ... laudem prope quingentesimo anno rei publicae rettulisset; Flacc. 1.

legem: in tabulas .. legem rettulisti; Verr. I, 144.

litteras: ad aerarium qui eas (litteras) rettulit; Piso 61.

manubias: ne manubias referre debeat; leg. agr. II, 60.

memoriam: Autronii commemoratio memoriam Sullae rettulisset; Sulla 37.

mortuum: non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur; Piso 53.

nomen: non refert parva nomina in codices? Qu. Rosc. 4. ſ. **nomen,** II, 1. refero (7 St.) B. III, S. 322, b.

oculos: ſ. animum; Quinct. 47.

opus: negabat se opus in acceptum referre posse; Verr. I, 149. Habonio opus in acceptum rettulit; ib.

os: ſ. alqd; Piso 33

ostenta: ad quos (haruspices) .. referri nuntiata ostenta non convenit; har. resp. 61.

pecuniam: si referret (pecuniam); Flacc. 33. ſ. **pecunia,** II, 1. refero (12 St.) B. III, S. 577, a.

pedem: qui si pacis ... nomen audierit, ut non referat pedem, sistet ‖ insistet ‖ certe; Phil. XII, 8.

poenam: poenam ambitus eam referebat, quae fuerat nuper; Sulla 63.

rationem: ſ. **ratio,** II, 1. refero (17 St.) S. 237.

rem: refert ad istum rem Habonius; Verr. I, 140. nonne eam rem ex auctoritate senatus ad hoc conlegium Sex. Iulius praetor rettulit? dom. 136. ad tuam gloriam rem illam referri malebam quam ad meam gratiam; Phil. II, 49.

reum: qui (reus) non ad Q. Mucii innocentiam referatur; Verr. II, 27.

rumores: Nicaeam Ephesumque mittebat qui rumores Africanos exciperent et celeriter ad se referrent; Deiot. 25.

sententias: hic ... sententias vestras in codicillos et omnia verba referebat; Phil. VIII, 28.

sermonem: refertur eius sermo ad Apronium; Verr. III, 61.

HS: illa .. HS sescenta milia ... neque Sulla vidit neque in aerarium relata sunt; Verr. I, 36.

significationem: ut in eis rebus ... nulla significatio furti, nulla alicuius delicti suspicio referatur; Font. 5.

spolia: qui ex calamitate senatoris ... spolia domum suam referre ... conatus sit ‖ est ‖; Verr. I, 157.

summam: ut ad istum sine ulla sollicitudine summa pecuniae referretur; Verr. II, 133.

suspicionem: ſ. significationem.

Syracusanam: Verres refert illam suam Syracusanam; Verr. II, 56.

verba: ſ. sententias. — verrem: ſ. aprum.

voltus: video quosdam ... non eosdem voltus ... in hanc contionem mihi rettulisse; leg. agr. III, 2.

IV. **mit Object und Particip:** acceptum: ſ. **accipio,** IV (14 St.) B. I, S. 43, a. — quam ob rem unam ex decem ... amissam (navem) in litteras publicas rettulerunt; Verr. I, 89. cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant; Flacc. 44. hoc in genere solo rem iudicatam referri ‖ referre ‖ posse voluerunt; dom. 78.

refert, es nützt, liegt daran, kommt darauf an: I. alqd: quod promisisset, non plus sua referre, quam si ... domini iussu quidpiam promisisset; Quinct. 19. refert .. magno opere id ipsum; Cael. 57. quamquam illa legatio non est, ... quid refert? Phil. VII, 14.

II, 1. accus. c. infin.: quid .. refert aedis aut fundum ... habere bene partum? Caecin. 74. illud parvi refert, nos publica ... recuperare; imp. Pomp. 18.

2. indirecte Frage: quid refert .. tanto post ad iudices deferantur an omnino non deferantur (tabulae)? Flacc. 21. nihil .. mea iam refert, utrum tu ... nihil umquam ausus sis scribere ad eum ordinem ... an amici tui tabellas abdiderint; Piso 39. quid refert utrum voluerim fieri an gaudeam factum? Phil. II, 29.

refertus, angefüllt, voll: aerarium: Siciliam nobis ... pro aerario illo maiorum vertere ac referto fuisse; Verr. II, 5. refertius erit aerarium populi Romani quam umquam fuit; ib. III, 202.

Amisus: Sinopen atque Amisum ... omnibus rebus ornatas ac refertas ... esse captas; imp. Pomp. 21.

annus: primus annus erat provinciae ... iam refertus pecunia; Verr. IV, 41.

Asia: Asiam istam refertam et eandem delicatam sic obiit; Muren. 20.

domus: ſ. **domus,** I. est Sex. Rosc. 133. Verr. I, 120. 137. Piso 11. Milo 64. Phil. II, 67. — II, 1. compleo. exhaurio; Phil. III, 30.

forum: cum universus populus Romanus referto foro ... Cn. Pompeium imperatorem depoposcit; imp. Pomp. 44. multorum .. capita civium viderat, ... armatis militibus refertum forum; Deiot. 33. videtisne refertum forum? Phil. III, 32. qui pleno ac referto foro bis me una mente atque voce in contionem vocavit; ib. VII, 22.

Gallia: referta Gallia negotiatorum est; Font. 10.

Graecia: cognovi ... refertam esse Graeciam sceleratissimorum hominum ac nefariorum; Planc. 98.

insula: cum insula Delos ... referta divitiis ... nihil timebat; imp. Pomp. 55.

Italia: cum refertam urbem atque Italiam fanorum haberemus; har. resp. 28.

mare: cum aut hieme aut referto praedonum mari navigaret; imp. Pomp. 31. quod mare refertum fore praedonum putaret; Rab. Post. 20.

municipium: quia refertum est municipium consularibus; Planc. 19.

navis: navem quandam piratarum, praeda refertam, non ceperunt; Verr. V, 63. quibus (chartis et linteis et vitro) cum multae naves refertae fuissent; Rab. Post. 40.

Palatium: erat non solum domus mea, sed totum Palatium senatu, equitibus Romanis ... refertum; Piso 11.

provincia: cum in provincia tam locuplete ac referta non modo rem, sed ne spem quidem ullam reliquam cuiquam feceris; Verr. III, 48.

res: rem esse praeclaram, refertam omnibus rebus; Verr. II, 36.

Sinope: ſ. Amisus.

villae: Verres ornamentorum ‖ (ornamentum), ornamentis ‖ fanorum ... habeat plenam domum, villas refertas; Verr. IV, 126. istorum villae sociorum fidelissimorum plurimis ... spoliis ornatae refertaeque sunt; Verr. V, 127.

urbs: ipsam .. urbem Byzantiorum fuisse refertissimam ... signis quis ignorat? prov. cons. 6. ſ. Italiam.

Fragment: refertum .. tribuniciis legibus; Fr. B. VI, 39.

referveo, aufwallen: refervens falsum crimen ... statim concidit et exstinguitur; Qu. Rosc. 17.

reficio, wiederherſtellen, ausbeſſern, kräftigen: alqm: ad ea ... reficite vos; Verr. IV, 105. nihil est iam unde nos reficiamus; Muren. 84. vos me reficere et renovare rem publicam (potestis); Sest. 147. multis illi in urbibus ... reficiendi se et curandi potestas fuit; Phil. IX, 6.

alqd: SI QUID OPERIS CAUSA RESCIDERIS, REFICITO; Verr. I, 146.

aedem: cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, maiorem aliam cum huic eidem darent, in aedem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt; Flacc. 44.

animum: quia suppeditat nobis ubi .. animus ex hoc forensi strepitu reficiatur; Arch. 12.

fabulam: ut illa vetus aeraria ‖ afraria ‖ fabula reficeretur; Cael. 71.

mentem: vester .. conspectus et consessus iste reficit et recreat mentem meam; Planc. 2.

mercedem: quod tanto plus sibi mercedis ex fundo refectum sit; Verr. III, 119.

opus: locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur; ego me refecturum dico; Verr. I, 142.

salutem: in ... reficienda salute communi omnia reperientur P. Sestii facta, dicta, consilia versata; Sest. 15.

refigo, abreißen, aufheben: leges: leges refixistis; Phil. XIII, 5.

tabulas: num figentur rursus eae tabulae, quas vos decretis vestris refixistis? Phil. XII, 12. ut quas haberet in vestibulo tabulas refigeret; Fr. B. XIV, III, 1.

reflecto, abwenden: animum: non numquam animum incitatum ... revoco ipse et reflecto; Sulla 46.

mentem: cum ... ad illius generis ... dignitatem propinqui sui mentem a Clodianis latrociniis reflexisset ‖ refixisset ‖ propinqui sui; Sest. 130.

reformido, fürchten, ſcheuen, ſchaudern: I. alqs: vide quam non reformidem; Ligar. 6.

II, 1. indirecte Frage: nec quid tibi de alio audienti de se ipso occurrat reformidat; Ligar. 6.

2. infin.: refugit animus ... eaque dicere reformidat ‖ formidat ‖; Phil. XIV, 9.

III. alqd: quod omnium fugisset et reformidasset audacia; Phil. II, 64.

bellum: pacis nomine bellum involutum reformido; Phil. VII, 19.

crimen: magis est ut ipse moleste ferat errasse se ... quam ut istius amicitiae crimen reformidet; Cael. 14.

domum: non .. illam Oppianici domum viri sui sanguine redundantem reformidat; Cluent. 27.

homines: homines maritimos non plane reformidat; Verr. V, 69.

invidiam: bonitatis ipsius invidiam reformido; Rab. Post. 48.

locum: sin hunc locum ‖ is in hunc locum, al. ‖ fugis et reformidas; Caecin. 84.

nomen: quorum etiam nunc ei ... nomen ipsum reformidant; Sex. Rosc. 85.

onus: onus beneficii reformidant; Planc. 72.

speculatorem: diligentia speculatorem reformidat; div. Caec. 51.

subsellia, urbem: qui ... non modo subsellia, verum etiam urbem ipsam reformidet; Sex. Rosc. 88.

refragor, widerſtreben: alqs: ne refragari homini amicissimo ac de me optime merito videar; Phil. XI, 20. etsi quis potest refragari non modo non petenti, verum etiam recusanti? ib.

lex: tota illa lex ... petitioni ... refragata est; Muren. 46.

refreno, zurückhalten: alqm: a reditu refrenavit ... Antonium; Phil. XI, 4.

Digitized by Google

adulescentis: magno ingenio adulescentes refrenandi potius a gloria quam iuritandi fuerunt; Cael. 76.

animum: cum eius animum ... conscientia sceleris ... refrenaret; Verr. III, 130.

libidinem: o libidinem refrenandam! leg. agr. II, 55.

refrico, aufreißen, erregen, erneuern: animum: cum cinis patriae versari ante oculos atque animum memoria refricare coeperat; Sulla 19.

cicatricem: ne .. refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer; leg. agr. III, 4.

fata: sic tuis sceleribus rei publicae praeterita fata refricabis; Piso 52.

memoriam: cum illam pulcherrimi facti memoriam refricat; Phil. III, 18.

volnus: cum venisset Laelius ad iratos et illud Castricianum volnus dicendo refricuisset; Flacc. 54.

refrigero, abkühlen: accusationem: refrigerata accusatione rem integram ad M. Metellum praetorem esse venturam; Verr. a. pr. 31.

ignem: ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur; Qu. Rosc. 17.

refrigesco, einfrieren, erlahmen: apparatus: belli apparatus refrigescent; Phil. V, 30.

crimen: illud .. crimen de nummis ... in causa refrixit; Planc. 55.

refringo, zerbrechen: carcerem: si carcerem ref*regi*sset; Rabir. 35.

claustra: cum .. ego tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregissem; Muren. 17.

refugio, zurückweichen, fliehen, meiden: I. alqs: quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet; Qu. Rosc. 45. qui ex illo numero reliqui Syracusas ... refugerant; Verr. V, 101. ne ... a consiliis fortibus refugiatis; Sest. 51. cur inlecebris cognitis non refugisti? Cael. 37. refugit statim nec de pudicitia plura dixit; Scaur. c. 4, § 6. nonne, cum esset productus, ... refugit ad legatos? Deiot. 32. vereor ne aut celatum me illis ipsis non honestum aut invitatum refugisse mihi sit turpissimum; Phil. II, 32.

animus: refugit animus ... eaque dicere reformidat ‖ formidat ‖; Phil. XIV, 9.

homines: neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt; Cael. 41.

II. alqd: non modo id refugisti; Verr. V, 40.

impetum, al.: impetum armati Antiochi ceterorumque tela atque incursum refugit; Caecin. 22.

refuto, zurückweisen, widerlegen: alqm: quibus igitur testibus ego hosce possum refutare nisi vobis? Flacc. 7. neque tu me peregrinum posthac dixeris, ne gravius refutere; Sulla 25. nemo .. horum .. ita te refutandum ut gravem adversarium ... arbitrabatur; Vatin. 1.

alqd: ea, quae a me dicta sunt, non refutabis; Verr. V, 135. *refutavi .. illud, quod dicebas* ..; Scaur. c. 2, § 4. videntur ea esse refutanda; Milo 7.

adversarium: ſ. alqm; Vatin. 1.

bonitatem: quam .. vos .. eius in novo genere bonitatem inusitatam claris ac praepotentibus viris ... *non* aspernari ac refutare ... debetis; Rab. Post. 44.

conatum: eius conatum refutabo; har. resp. 7.

crimina: num .. in his criminibus .. resi*det* ‖ resit, residet iam, restat etiam ‖ etiam aliqua suspicio? non perpurgata sunt, non refutata? Scaur. 14.

licentiam: aliquanto liberius ... refutaremus istam male dicendi licentiam; Cael. 7.

maledicta: si me tantis laboribus ... perfunctum efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis hominum improborum animi quidam dolor; har. resp. 17.

nationes: semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello quam lacessendas putaverunt; prov. cons. 32.

orationem: obsolevit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata; imp. Pomp. 32.

periuria: quae (Hispania) ... sceleratorum hominum periuria testimoniis ac laudationibus suis refutare (potest); Font. 45.

sermonem: de Alexandrinis esse video sermonem; quem ego non refuto; har. resp. 34.

testis: plus ego in hac causa laboris ... consumo in poscendis testibus quam ceteri defensores in refutandis; Font. 10.

vim: vi vim oblatam, praesertim saepius, ut frangeret et refutaret; Sest. 88.

regalis, königlich: donum: si intellexerint interverso hoc regali dono graviter vos tulisse; Verr. IV, 68. cuius iste donum regale ... de manibus regiis extorsit; ib. V, 184.

nomen: ut eis nomen regale magnum et sanctum esse videatur; imp. Pomp. 24. Deiotarum, saepe a senatu regali nomine dignum existimatum, ... tu etiam regem appellari ... iubes; har. resp. 29.

otium: fretus imperio populi Romani regno paterno atque avito regali otio perfruebatur; Sest. 57.

potestas: sine dubio habuit regalem potestatem; har. resp. 54.

purpura: quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit? Scaur. 45.

regia, Königsburg: I. instituo in: instituit officinam Syracusis in regia maximam; Verr. IV, 54.

II. ad: nuper ... me ad regiam paene confecit; Milo 37.

regie, königlich, herrisch: facio: multi, ... si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie factum esse dicerent; Catil. I, 30.

statuo: quae regie seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius; Verr. III, 115.

regina, Königin: I. Vocativ: te, .. Iuno Regina, ... imploro et appello; Verr. V, 184. te, .. Iuna Regina, ... precor atque quaeso; dom. 144.

II. trucido: cum reginam ... manibus suis trucidasset; Fr. B. XVI, III, 4.

III. aditus: aditus Iovis Optimi Maximi, Iunonis Reginae .. M. Scaurum apud *vos* ... defendunt; Scaur. 47.

regio, Grenze, Landstrich, Gegend, Gebiet, Bezirk: I, 1. arbitratur: tota .. nostra illa aspera ... regio se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur; Planc. 22.

conveniunt: cum .. ad eius propulsandum periculum non modo homines, sed prope regiones ipsae convenerint; Rabir. 8.

delectat: placuit oppidum, regio delectavit; Flacc. 72.

docent: nisi forte ... ea Cn. Pompeium ... regiones ipsae docere potuerunt; Balb. 15.

est: haec eadem est nostrae rationis regio et via; Verr. V, 181. satis certa regio; leg. agr. II, 66. „patruus .. meus cum Saturnino fuit." ... quid, omnis praefectura, regio, vicinitas vestra? Rabir. 22. quae regio orave terrarum erat latior

in qua non regnum aliquod statueretur? Sest. 66. neque .. regio ulla fuit ... ex qua non ad me publice venerint gratulatum; Piso 51.

2. Ausruf: vos, .. mutae regiones, imploro; Balb. 13.

II, 1. adiungo: qui tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit; Sest. 129.

augeo: ſ. I, 1. arbitratur.

facio: quas regiones ... nulla fama notas fecerat, eas ... populi Romani arma peragrarunt; prov. cons. 33.

noto: ſ. adiungo. — orno: ſ. I, 1. arbitratur. — peragro: ſ. facio.

perficio: quoad oculis conformando ex multis praediis unam fundi regionem formamque perficeret; leg. agr. III, 14.

peto: cur non ... decreto || directo || et palam regionem illam petierunt? leg. agr. 44.

2. adfero ad: nisi ad ipsum discrimen eius temporis divinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset; imp. Pomp. 45.

ago in: actum esse (illum) praecipitem in sceleratorum sedem ac regionem; Cluent. 171.

capio ex: cum ... ex omni regione caperentur ei; Sex. Rosc. 16.

dico de: possum de omni regione ... dicere; prov. cons. 31.

statuo in: ſ. I, 1. est; Sest. 66.

sum in: ubi fuit Sulla, Corneli? ... num in eis regionibus, quo se Catilina inferebat? Sulla 53.

venio ex: ſ. I, 1. est; Piso 51. — in: hinc prohibitus non ad Caesarem, ne iratus, non domum, ne iners, non in aliquam regionem || aliquam in regionem || ne condemnare causam illam, quam secutus erat, videretur: in Macedoniam ad Cn. Pompei castra venit; Ligar. 27.

III. nullus ex: nullam esse gentem ex omni regione terrarum neque tam dissidentem a populo Romano odio quodam ... neque tam fide ... coniunctam; Balb. 30.

procul a: quae (civitas) tam procul a Graecorum omnium regionibus ... sic optimatium consilio gubernatur; Flacc. 63.

IV. forma: quae forma regionum! Quir. 4.

magnitudines: maria, montes, regionum magnitudines interessent; Phil. XIII, 5.

natura: speravit, .. difficilis tibi Alexandriae fore exitus propter regionis naturam et fluminis; Deiot. 24.

pars: quae (insula) non aliquam partem regionis atque orae maritimae per se ipsa defenderet; imp. Pomp. 54.

princeps: A. Cluentius Habitus fuit ... homo ... regionis illius ... princeps; Cluent. 71.

varietas: omnis clarissimorum regum res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine ... nec varietate regionum ... posse conferri; Marcell. 5.

V, 1. circumscribi: quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est; Arch. 29.

continere: nullum .. regnum fuit umquam quod non si minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineretur || quod non se minus — contineretur, quod non se, si minus — contineret ||; leg. agr. II, 35. singularis homo privatus ... vix facile sese regionibus officii magnis in fortunis ... continet; ib, 97. cuius res gestae atque virtutes isdem quibus solis cursus regionibus ac terminis continentur; Catil. IV, 21.

definire: si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur; Arch. 23. in eis est .. locis, quae regione || regiones || orbem terrarum ... definiunt; Balb. 64.

proximus: quod .. his locis in provincia sua celebritate simillimum, regione proximum potuit, elegit; Verr. V, 170.

terminare: alter finis vestri imperii non terrae sed caeli regionibus terminaret; Catil. III, 26. qui populi Romani imperium non terrarum regionibus, sed caeli partibus terminavit; Fr. B. XIV, 1, 4.

vallari: populus .. Romanus aperuit ... Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura et regione || naturae regione, naturae regionis || vallatum; Arch. 21.

2. ex: ex ceteris regionibus || generibus || gentes universae in civitatem sunt receptae; Balb. 31.

in: existimo in eius modi regione ... non solum praesidii, sed etiam ornandi imperii causa navigandum fuisse; Flacc. 27.

regius, königlich, herrisch, tyrannisch: alqd: nisi forte regium tibi videtur ita vivere; Sulla 25. si hoc putas esse regium, regem me esse confiteor; ib. cum multa regia sunt in Deiotaro, tum illa maxime; har. resp. 29.

actio: prae me fero te ex illa crudeli, importuna, non tribunicia actione, sed regia meo consilio ... esse depulsum; Rabir. 17.

agri: agros in Macedonia regios (venire iubet); leg. agr. I, 5. adiungit agros Bithyniae regios; ib. II, 50. inter hos agros [regios] ... adiungit regios agros Mithridatis; ib. 51.

animus: qui animo et puerili esset et regio; Verr. IV. 65. eum ... neque genere neque animo regio esse; leg. agr. II, 42. cum praesens Deiotarus regio et animo et more fecisset; Deiot. 19.

aurum: qui ab auro gazaque regia manus ... cohibere possit; imp. Pomp. 66.

bellum: cur non ducibus dis immortalibus eidem ... hoc quoque bellum regium committamus? imp. Pomp. 50. in hoc bello Asiatico et regio ... aliae quoque virtutes animi magnae ... requiruntur; ib. 64. non erit idoneus qui ad bellum Asiaticum regiumque mittatur; ib. 67.

comitatus: qui ... comitatu regio atque ornatu fuisset; Verr. IV, 67. quamquam ... ad illam magnificentiam apparatus comitatumque regium suppeditata pecunia a Postumo est; Rab. Post. 6.

condicio: non tam adflictam regiam condicionem dolebam; Deiot. 3.

consuetudo: anno tertio .. in hoc agro consuetudine usus est regia; Verr. III, 76. nemo nostrum ignorat ... consuetudinem regiam; Rab. Post. 29.

crudelitas: qui expulsis regibus nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiae retinuerunt; Rabir. 10.

curatio: si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset; Rab. Post. 28.

custodia: in custodia etiam fuit regia; Rab. Post. 22.

dioecetes: „at dioecetes || Diogenes || fuit regius“; Rab. Post. 22.

dispensatio: ſ. curatio.

divitiae: „latent regiae divitiae“; Rab. Post. 45.

dominatio: tulit ... regiam istam vestram dominationem in iudiciis; Verr. V, 175.

dominatus: qui civitatem dominatu regio liberavit; Planc. 60. qui .. ipse dominatu regio rem publicam liberavit; Phil. I, 13. qui locus tibi in legibus et in iudiciis esse potest, quae tu, quantum in te fuit, dominatu regio sustulisti? ib. II, 87. ei dominatum regium maxime displicere; ib. V, 40. liberati regio dominatu videbamur; ib. VII, 14.

domus: ad luxuriam libidinesque suas domo sua regia [...] contentus non fuit; Verr. V, 80.

exercitus: qui conlatis signis exercitus regios superare posse videatur; imp. Pomp. 66.

gaza: ſ. aurum.

genus: ſ. animus; leg. agr. II, 42.

impetus: urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio ... ereptam esse atque servatam; Arch. 21.

insigne: ut sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis praeconi publico subiceretur; Sest. 57. insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit; ib. 58.

iudicium: hoc quantum iudicium, ... quam regium sit quem praeterit? leg. agr. II, 57.

laudes: hae sunt regiae laudes; Deiot. 26.

legati: corpora sua pro salute regum suorum hi legati tibi regii tradunt; Deiot. 41.

libido: quod fortunas suas ... potestati regiae libidinique commiserit; Rab. Post. 1. temere hunc ... suas fortunas atque famam libidini regiae commisisse; Rab. Post. 25.

magnificentia: ſ. comitatus.

manus: cuius iste donum regale ... dignum regio munere ... de manibus regiis extorsit; Verr. V, 184.

mos: ut mos est regius; Verr. IV, 62. ſ. animus; Deiot. 19.

munus: dignam rem esse regno Syriae, dignam munere; Verr. IV, 65. ſ. manus.

nomen: in extrema ... fuga nomen .. retinuit regium; Muren. 34. multis ille quidem gradibus officiorum erga rem publicam nostram ad hoc regium nomen ascendit; Deiot. 27. cum et ipsi et filio nomen regium concessisti; ib. 36. semper regium nomen in hac civitate sanctum fuit; ib. 40.

opes: populus .. Romanus aperuit .. Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura ... vallatum; Arch. 21.

ornatus: ſ. comitatus.

potestas: ne in unum quemque nostrum censoribus in posterum potestatem regiam permittatis; Cluent. 123. quibus regia potestas hac lege quaeritur; leg. agr. II, 20. dat praeterea potestatem, verbo praetoriam, re vera regiam; ib. 32. cum ego hanc potestatem regiam appello; ib. 35. quae (dictatura) iam vim regiae potestatis obsederat; Phil. I, 3. ſ. libido.

praefectus: praefectum regium dentis eburneos ... e fano sustulisse; Verr. IV, 103.

praesidia: quod si illis meis praesidiis forte invides et si ea tibi regia videntur; Sulla 29.

pueri: non ut illos regios pueros, ... sed ut nos ... ad laudem excitaret; Planc. 59.

servus: Phidippum medicum, servum regium, ... ab isto adulescento esse corruptum; Deiot. 17.

spiritus: hunc Capuae *cum* Campano supercilio ac regio spiritu cum videremus; leg. agr. II, 93.

regno, königliche Gewalt haben, König ſein, herrſchen, regieren: I. unperſönlich: sin falsum dixerim, te in eosdem dixisse; sin verum, non esse hoc regnare, cum verum iuratus dicas, probare; Sulla 21.

II. alqs: in Sicilia non Athenionem, ... sed Timarchidem fugitivum *in* omnibus oppidis per triennium scitote regnasse; Verr. II, 136. ut ille pulsus superatusque regnaret; imp. Pom. 8. cum .. mihi proposui regnantem Lentulum; Catil. IV, 12. an tum in tanto imperio ... non dicis me huisse regem, nunc privatum regnare dicis? Sulla 21. cum lege nefaria Ptolemaeum, regem Cypri, ... eodem iure regnantem ... publicasses; dom. 20. horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit; har. resp. 54. Antiochum Magnum illum maiores nostri ... intra monten Taurum regnare iusserunt; Sest. 58. ut is regnaret in ea (Asia); ib. hunc ... regnare iussit; ib. regnat hodie; ib. regnanti crediderat absens pecuniam; Rab. Post. 4. cum se ille interfecto Milone regnaturum putaret; Milo 43. ‚si Antiochus, ... rex Asiae, cum ... Tauro tenus regnare iussus esset, ... dicere est solitus; Deiot. 36. qui illum regnare gaudebant; Phil. II, 29. qui non modo non servis, sed etiam regnas; ib. 35. modo Caesarem regnantem videramus; ib. 108. hi primum cum gladiis non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt; ib. 114. multos annos regnare meditatus ... quod cogitarat effecerat; ib. 116. D. Brutus sceleratum ... regnare patietur Antonium? ib. III. 9. illius opibus Sulla regnavit; ib. V, 44.

fugitivus: ſ. alqs; Verr. II, 136. — privatus: ſ. alqs; Sulla 21. — rex: ſ. alqs; dom. 20. Deiot. 36. — victor: ſ. alqs; har. resp. 54.

regnum, königliche Herrſchaft, Königthum, Gewalt, Königreich: I. **abſolut:** 1. capiunt: capere eius amentiam civitas, Italia, provinciae, regna non poterant; Milo 87.

delectat: quoniam haec te omnis dominatio regnumque iudiciorum tanto opere delectat; Verr. a. pr. 35.

est: regnum Ariobarzanis ... totum esse in hostium potestate; imp. Pomp. 5. nullum .. regnum fuit umquam quod non si minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineretur || quod non se minus — contineretur, quod non se, si minus — contineret ||: hoc vero infinitum est, quo et regna omnia et imperium vestrum || vestrum imperium || ... et ea, quae partim libera a vobis, partim etiam ignorata vobis sunt, permissu legis continentur; leg. agr. II, 35.

expostulant: regna ... omnia de nostris cupiditatibus ... expostulant; Verr. III, 207.

pertinet: regnum Aegypti ad se ... pertinere arbitrabantur; Verr. IV, 61.

pervenit: ad quem regnum huius urbis ... pervenire esset necesse; Catil. III. 9.

veneunt: omnes urbes, agri, regna denique ... venierint; leg. agr. II, 62. immunitates ab eo civitatibus, sacerdotia, regna venierunt; Phil. XII, 12.

2. sum: „regnum est dicere in quem velis et defendere quem velis;“ Sulla 48. neque .. ullus alius discordiorum solet esse exitus inter claros et potentis viros nisi aut universus interitus ... aut regnum; har. resp. 54.

II. **nach Verben:** 1. addico: regna addixit pecunia; Phil. VII. 15.

addo: addite Apronii ... in agro decumano regna ac rapinas; Verr. III, 200.

adimo: qui regna dedit, ademit; Milo 73.

adiudico: quos (x viros) perspiciamus regnum Alexandriae Ptolemaeo gratis adiudicaturos; leg. agr. II, 44.

appello: hoc regnum appellabitur, cuius vicarius qui velit esse inveniri nemo potest? Sulla 26.

appeto: Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata; dom. 101. regnum appetisse est iudicatus; ib. qui annona levanda ... in suspicionem incidit regni appetendi; Milo 72. Sp. Cassius, Sp. Maelius ... propter suspicionem regni appetendi sunt necati; Phil. II, 114. hi primum cum gladiis non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt; ib.

comparo: regnum comparavi; leg. agr. II, 24.

condono: hoc capite ... regna x virum dicioni iudicio potestatique permissa et condonata esse dico; leg. agr. II, 39.

constituo: num obscure regnum constituitur? leg. agr. II, 75.

contineo: ſ. I, 1. est.

Digitized by Google

defero: C. Caesari ... M. Antonium consulem populi iussu regnum detulisse; Phil. II, 87.

devoro: urbis et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset; Phil. II, 67.

do: regnorum vel dandorum || regnorum dandorum, regnorum vel dandorum vel adimendorum, regnor. adim. || summa potestas datur; leg. agr. II, 34. quibus regna ipse dederat; Quir. 20. regna data; Phil. V, 12. ſ. adimo.

dono: cui regna omnia Syrorum ... donaras; dom. 124.

facio: regis Alexandri testamento regnum illud populi Romani esse factum; leg. agr. I, 1. quid? quod disputari || de quo disputari || contra nullo modo potest, quod iam || quoniam || statutum a nobis est et iudicatum, quam hereditatem || quoniam hereditatem || iam crevimus, regnum Bithyniae? quod certe publicum est populi Romani factum; ib. II, 40. quis .. vestrum hoc ignorat dici illud regnum testamento regis Alexandri populi Romani esse factum? ib. 41.

fero: hic ait se ille .. regnum meum ferre non posse. quod tandem, Torquate, regnum? Sulla 21.

incido: decreta falsa vendebat, regna, civitates, immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi; Phil. V, 11.

instituo: quo in magistratu non institutum est videlicet a me regnum, sed repressum; Sulla 21.

intro: quod regnum intrarit; Rab. Post. 22.

largior: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem; har. resp. 54.

metuo: cum ostenderit nihil esse metuendum, ... nullum regnum x virale; leg. agr. I, 24.

occupo: sin quaeris qui sint Romae regnum occupare conati; Sulla 27. qui ... regnum occupare voluerunt; Phil. V, 17.

perfero: lux quaedam videbatur oblata non modo regno, quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato; Phil. I, 4.

permitto: ſ. condono.

possideo: ipse Pompeius regno possesso ... tantum in unius anima posuit; Muren. 34.

praecludo: iam omnia regna ... civibus Romanis ista defensione praecluseris; Verr. V, 168.

propono: vos ante oculos ... Apronii regnum proponite; Verr. III, 58.

publico: regno .. iam publicato de ipso Catone erat nominatim rogatum; Sest. 62. quoniam illa in re publica macula regni publicati maneret; ib. 63.

quaero: regna quaeri putabantur; leg. agr. II, 8.

reddo: qui etiam bello victis regibus regna reddere consuevit; Sest. 57.

reprimo: ſ. instituo.

statuo: quae regio orave terrarum erat latior in qua non regnum aliquod statueretur? Sest. 66.

teneo: qui regnum illud teneat; leg. agr. II, 42. qui per cursum rectum [regnum] tenere non potuerunt; ib. 44. teneant alii castra, regna, res || gerant res, regant res, regna tres || bellicas; Phil. XII, 24.

tollo: non solum regem, sed etiam regnum de re publica sustulissem; Phil. II, 34. ſ. perfero.

vendo: cum omnis urbis, ... regna vendiderit; leg. agr. II, 71.

2. expello: regno est expulsus Ariobarzanes rex; imp. Pomp. 12. cum rex ... regno expulsus, tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc moliatur; leg. agr. II, 52. expulsus regno .. aliquando *Mithridates* tantum .. consilio ... valuit; Muren. 33.

exturbo: rex Antiochus ... opulentissimo et maximo regno ... exturbatus est; Verr. IV, 67.

nudo: cum ... videant per tribunum aliquem ... (se) regno omni posse nudari; Sest. 59.

pello: pulsus interea regno Ptolemaeus dolosis consiliis ... Romam venit; Rab. Post. 4.

perfruor: imperio populi Romani regno paterno ... perfruebatur; Sest. 57.

spolio: regem spoliatum regno patrio atque avito ad alios se reges ... supplicem contulisse; imp. Pomp. 21.

3. accedo in: ausus esset — mitto exire de provincia ... — in regnum iniussu populi [Romani] aut senatus accedere; Piso 50.

congero in: quas (res) ... ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat; imp. Pomp. 22.

conligo ex: [qui se ex ipsius regno conlegerant]; imp. Pomp. 24.

distraho cum: quonam ille modo cum regno ... distractus esset? Deiot. 15.

emergo ex: quod is ... annum iam tertium et vicesimum regnat et ita regnat, ut ... emergere ex patrio regno (velit); imp. Pomp. 7.

fugio e: nudus atque egens ad extremum fugit e regno; Rab. Post. 39.

immitto in: cum in eius regnum, bona, fortunas latrocinium || patrocinium, patrimonium, vim || huius imperii immisisses; dom. 20.

pervenio in: quem ad modum huius tui facti famam in regna aliorum ... perventuram putasti? Verr. IV, 68.

proficiscor in: in Syriam in regnum patrium profecti sunt; Verr. IV, 61.

profugio ex: ex suo regno sic Mithridates profugit; imp. Pomp. 22.

recipio in: qui ... acerrimum hostem in regnum recepit; Sest. 58.

restituo in: erat nemini dubium quin is in regnum restitueretur; Rab. Post. 4.

sum in: quae (nationes) in eorum regno ac dicione sunt; Verr. IV, 60. illa omnibus in provinciis, regnis, liberis populis quam acerba ... concursatio x viralis futura sit non videtis? leg. agr. I, 8. fuerisne ... in regno Hiempsalis? fuerisne in regno Mastanesosi? Vatin. 12. quod quicquam stabile aut iucundum in regno putas; Phil. VIII, 12.

venio ex: ait se comperisse ex eius regno piratas ad Siciliam esse venturos; Verr. IV, 66. — in: quod in eius regnum ac manus veneratis; Verr. IV, 62. cuius in regnum postea quam L. Lucullus cum exercitu venit; imp. Pomp. 23. quod in regnum venerit; Rab. Post. 24.

versor in: difficile est in Asia, Cilicia, Syria regnisque interiorum nationum ita versari nostrum imperatorem; imp. Pomp. 64.

vivo in: qui aut reges sunt aut vivunt in regno; imp. Pomp. 24. qui vivit in regno; Deiot. 34.

volito per: [ut volitaretis interea per gentis, per regna omnia cum imperio summo]; leg. agr. II, 99.

III. **nach Adjectiv:** appetens: non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri; leg. agr. II, 42.

IV. **nach Substantiven:** 1. auctio: mulier sibi felicior quam viris auctionem provinciarum regnorumque faciebat; Phil. V, 11.

auctor: cum auctor regni esses; Phil. II, 85.

beneficia, commoda: ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia, Phil. III, 10.

domini: ut decem reges aerarii ... regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini constituerentur; leg. agr. II, 15.

insignia: si Caesar ab eo regni insignia || insigni, insigne || accipere voluisset; Phil. III, 12.

iura: ſ. beneficia.

macula: ſ. II, 1. publico.
nomen: qui regni nomen sustulerint; Phil. X, 7.
odium: tantum te cepisse odium regni videbatur; Phil. II, 91.
rex: rex denique opulentissimi regni reperietur ‖ reperitur ‖; leg. agr. II, 43.
suspicio: longe abest a me regni suspicio; Sulla 26.
termini: quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur; Deiot. 36.
vicarius: ſ. II, 1. appello.
2. urbs ex: tametsi urbem ex Tigrani regno ceperat; imp. Pomp. 23.
V. **Umſtand:** 1. defendere: hic ... Mithridatem pulsum Ponto opibus suis regnoque defendit; Sest. 58. Africa ipsa ... non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate Punicorum bellorum Utica teste defendit; Scaur. 45.
2. in: ut in provinciis et in regnis ei maximae pecuniae deberentur; Sulla 58. cogitarisne in illo tuo intolerabili, non regno, ... sed latrocinio, augur fieri in Q. Metelli locum? Vatin. 19. Demetrium ... in eodem isto Aegyptio regno aspide ad corpus admota vita esse privatum; Rab. Post. 23.
propter: qui venerant non propter Syriae regnum; Verr. IV, 61.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** abicio: multo citius meam salutem pro te abiecero quam Cn. Plancii salutem tradidero contentioni tuae; Planc. 79.

accipio: audierat ex illo se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis; dom. 134. ab hoc accepta (est) iam salus; Phil. V, 49.

adfero: sin autem vos ... salutem orbi terrarum attulistis; imp. Pomp. 64. cum ... salutem populo Romano attulisset; Milo 63. quam tu salutem rei publicae attulisti! Phil. III, 27. cum salutem populo Romano ... adferret; Fr. B. VI, 14.

ago: agitur salus sociorum atque amicorum; imp. Pomp. 6. (agitur) Cn. Plancii salus, patria, fortunae; Planc. 79.

amitto: salus esset amissa omnium una nocte, nisi esset severitas illa suscepta; Sulla 87.

antepono: ut homines Galli ... vestram .. salutem suis opibus anteponerent; Catil. III, 22. cuius (patriae) salutem caritati anteponit suorum; dom. 98. cur ego non ignoscam, si anteposuit suam salutem meae? Piso 79. si illo retentus a cuncta Asia supplice ... anteposuit honori suo commoda salutemque provinciae; Scaur. 35. non dubito quin hanc salutem anteponas illi victoriae; Ligar. 28.

appello: me suam salutem appellans ... mihi ad pedes misera iacuit; Verr. V, 129.

commendo: quorum salutem tali viro commendetis; imp. Pomp. 13. cum tuae fidei ... salutem urbis et civium commendabam; Flacc. 102. senatus ... salutem (meam) vobis, municipiis, coloniis omnibus commendavit; Quir. 15. quo (senatus consulto) mea salus omnibus est gentibus commendata; Planc. 78.

committo: ut ... omnium civium salus, ... fortunae, domicilia vestrae sapientiae ... commissa creditaque esse videantur; dom. 1. quibus (populus) salutem suam committi putat; Planc. 7.

complector: omnium salutem civium ... res tuae gestae complexae sunt; Marcell. 25.

coniungo: ſ. **coniungo** salutem (5 St.) B. I, S. 625, a. — conservo: ſ. **conservo,** II. salutem (9 St.) B. I, S. 642, b.

constituo: ut bis ex eadem familia salus Siciliae constitueretur; Verr. II, 8. cuius lege salus ... populo Romano atque omnibus gentibus constituta est; imp. Pomp. 57.

contineo: qui non intellegat tua salute contineri suam; Marcell. 22. quibus (intercessionibus, religionibus) rei publicae salus continetur; Phil. I, 25.

credo: cui salutem suam credidit? Cael. 57. ſ. committo.

custodio: de me uno patres conscripti decreverunt, ut, qui provincias ... obtinerent, ... salutem et vitam custodirent; Sest. 128. cum propter egregiam ... Cn. Plancii .. in mea salute custodienda fidem tam multos et bonos viros eius honori viderem esse fautores; Planc. 1. cuius misericordia salus mea custodita sit; ib. 3. nulli parietes nostram salutem ... custodient; Deiot. 30.

defendo: ſ. **defendo,** III. salutem (18 St.) B. II, S. 45, a.

defigo: ut ... omnem memoriam temporum praeteritorum, salutem praesentium ... in hoc uno iudicio positam et defixam putetis; Flacc. 3.

denego: quis tibi ... quemquam bonum putaret umquam non salutem, verum honorem ullum denegaturum? Flacc. 102.

deposco: a quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti ... depoposcit, ut eam non solum commodis suis, sed etiam necessitati victus anteferret; Phil. XIV, 5.

deprecor: cum ad fratris salutem a populo Romano deprecandam venisset; Sest. 76. L. ipse Metellus ... deos .. constituisse ... videtur in vestro conspectu, .. ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur; Scaur. 46.

desero: ego meam salutem deserui; sen. 6. optime de me meriti salus deserenda (est); Planc. 6.

despero: ante ... quam honestis iudicibus nocentium salus desperata est; Phil. V, 15.

dico: TIMARCHIDES VERBIS ACCENSUS APRONIO [SALUTEM DICIT]; Verr. III, 154. P. SERVILIUS RULLUS, TRIBUNUS PLEBIS, X VIR, S. D. CN. POMPEIO, CN. F.; leg. agr. II, 53.

do: ſ. **do,** III. salutem (8 St.) B. II, S. 146, b.

expedio: ut ... omnis honesta ratio esset expediendae salutis; Milo 10.

exstinguo: in iudicio ... numquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius ... salutem exstinguendam; Milo 5.

fero: quae (vox) saepe multis ... opem ... et salutem tulit; Verr. V, 147. huic profecto ipsi et opem et salutem ferre debemus; Arch. 1.

flagito: numquam meam salutem non ab eis consulibus, qui vendiderant, flagitavistis; sen. 3.

impedio: qui cum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant et impediunt: leg. agr. II, 7.

includo: in qua (salute) etiam suam esse inclusam videbat; Deiot. 11.

iudico: nec enim nunc primum aut Brutus aut Cassius salutem ... patriae legem sanctissimam et morem optimum iudicavit; Phil. XI, 27.

invenio: ſ. IV, 1. memoriam.

mitto: unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est; Sulla 23.

neglego: an tibi ... salus provinciae ... in posteritatem fuit neglegenda? Verr. III, 43. „si propter invidiae ‖ invidiam ‖ aut alicuius periculi metum salutem civium tuorum neglegis“; Catil. I, 28. mihi cuiusquam salus tanti fuisset, ut meam neglegerem? Sulla 45.

obtineo: quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus; Cluent. 155.

offero: ex quo (indicio) oblata salus esset omnibus; Sulla 42. qui (cives) auderent se et salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis; Sest. 1.

oppugno: ſ. impedio.

pario: dum modo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur; Catil. IV, 1.

periclitor: non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae; Catil. I, 11.

permitto: quoniam ... salus rei publicae vestris manibus suffragiisque permittitur; Rabir. 5.

perscribo: ut nemini sit triumphus honorificentius quam mihi salus restitutioque perscripta; Piso 35.

peto: a vobis salubritas quaedam, ab eis, qui dicunt, salus ipsa petitur; Muren. 29. hic .. T. Ligarius ... nunc a te supplex fratris salutem petit; Ligar. 36.

pono: cum in eo (consule) liberando salus sit posita rei publicae; Phil. XI, 21. ſ. defigo.

praefero: ego me ... statui ... salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus ... rationibus praeferre oportere; imp. Pomp. 71. qui ... et dissensioni nostrae et precibus tuis salutem ... meam praetulisset; dom. 7.

praepono: cum Ser. Sulpicius ... salutem rei publicae vitae suae praeposuerit; Phil. IX. 15.

Digitized by Google

precor: utrum tandem bono viro ... optabilius putas sic exire e patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, ... an ... ut omnes exsecrarentur, male precarentur? Piso 33.

probo: quamquam qui poterat salus sua cuiquam non probari? Milo 81.

prodo: ut ... pulchritudine eius incensa salutem viri proderet; Verr. IV, 39. cum ... prodelas caput et salutem meam mercede provinciae; Piso 56. non metuo ne is ... prodat salutem suam; Phil. XIII, 16.

propono: an ... cum tempestate pugnem periculose potius quam illi (navi) salute praesertim proposita obtemperem et paream? Planc. 94. cum alteris ... rei publicae salus proposita sit; Phil. XIII, 47.

puto: nunc tibi ego ullam salutem ... putem? Verr. V, 150.

recupero: cum ipse eius opera et dignitatem et salutem recuperarim; har. resp. 5.

reddo: ſ. **reddo,** II. salutem (6 St.) S. 253, a.

redimo: auctores redimendae salutis; Verr. II, 69.

reficio: in ... reficienda salute communi omnia reperientur P. Sestii facta, dicta, consilia versata; Sest. 15.

reperio: neque enim salus ulla rei publicae maior hoc tempore reperiri potest; Verr. I, 4.

repono: cum omnes ... homines, qui in salute rei publicae salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent; Rabir. 20.

respicio: sin autem aliquando ... respicio etiam salutem cum meam tum meorum; Planc. 91.

restituo: utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ..? dom. 75.

retineo: quibus auctoribus ... omnium tum salus esset non civium solum, verum etiam gentium defensa ac retenta; Flacc. 2.

suscipio: videbam ... neminem umquam fore qui auderet suscipere contra improbos civis salutem rei publicae; Sest. 49.

tego: quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia ... texisset; Planc. 1.

teneo: nisi hoc loco ... salutem nostram ... tenuerimus; Flacc. 4.

trado: cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates; prov. cons. 2. ſ. abicio.

tueor: cuius (Cn. Plancii) ego salutem non secus ac meam tueri debeo; Planc. 3. mene non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? Milo 102.

vendo: qui ... salutem meam ... vendiderunt; Quir. 21. cui tu ... salutem civitatis ... provinciae praemio vendidisti; Piso 15.

vexo: ante ... quam perpetuam populi Romani salutem ... vexarint; prov. cons. 3.

voco: quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? imp. Pomp. 12.

2. **Genetiv:** interest: ostendam ... quantum salutis communis intersit duos consules ... Kalendis Ianuariis esse; Muren. 4.

obliviscor: obliti salutis meae de vobis ac de vestris liberis cogitate; Catil. IV, 1.

3. **Dativ:** antepono: si meas rationes umquam vestrae saluti anteposuissem; Quir. 1.

consulo: ſ. **consulo,** III. saluti (8 St.) B. I, S. 678, b.

despero: eum excitavit abiectum et simul saluti desperare vetuit; Cluent. 68.

desum: si illi communi legatorum voluntati et saluti Siciliae defuissent; Verr. IV, 139. ut causae communi salutique ne deessent; ib. 140.

expeto: a quo senatus adulescentulo ... saepe communi saluti auxilium expetisset; Balb. 16.

fero: qui meae saluti opem et auxilium tulisset; dom. 27.

prospicio: hoc modo iste sibi et saluti suae prospicere didicit; Verr. I, 158. L. Flaccum ... numquam .. prospexisse vestrae saluti ... paenitebit; Flacc. 104. vobis ... et vestrae saluti consulendum et prospiciendum vident; har. resp. 54.

provideo: ut tum demum animis saluti vestrae provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis; Catil. III, 4. ut ... huius saluti ... providisse videamini; Cael. 22. ut ... saluti populi Romani provideret, Phil. VIII, 1.

subvenio: (Oppianicus) acrioribus saluti suae remediis subveniendum putavit; Cluent. 67. quod C. Caesar ... saluti ... populi Romani subvenerint; Phil. V, 46.

succurro: si est boni consulis ... succurrere saluti fortunisque communibus ‖ omnium ‖; Rabir. 3.

sum: quod (crimen) innocenti saluti solet esse; Sex. Rosc. 77. ‖ his ‖ ... amplitudo saluti fuit; Verr. IV, 110. cum ea res non solum provinciae saluti, verum etiam ipsi praedae posset esse; ib. V, 80. cui calamitas saluti fuit; ib. 122. quasi ea res nobis saluti futura sit; leg. agr. II, 47. quod si haec vox ... non nullis aliquando saluti fuit; Arch. 1. cuius officium mihi saluti fuisset; Planc. 1. si ... saluti civi calamitoso esse vellemus; Ligar. 16.

4. **mit Präpoſitionen:** abhorreo a: non debent .. iudices a Musarum honore et a poëtarum salute abhorrere; Arch. 27. voluntatem Caesaris a salute mea non abhorrere; prov. cons. 43.

abutor ad: ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer; Ligar. 1.

adhibeo in: adhibeatis ... in rei publicae salute sapientiam; Rabir. 5.

augeo in: „ut vestra beneficia ... in huius salute augeatis“; Milo 100.

capio pro: non minus strenue (arma) caperem, quam illi pro communi salute ceperunt; leg. agr. III, 30.

certo in: in D. Bruti salute certatur; Phil. XIII, 16.

cogito contra: cum multa contra sociorum salutem ... et faceret et cogitaret; Verr. III, 213. quae erant cogitata contra salutem omnium; Catil. III, 21. — de: cum tu nihil aliud dies et noctis nisi de salute mea cogitares; dom. 30. quis est ... tam nihil umquam nec de sua nec de communi salute cogitans qui ..? Marcell. 22. an ego ... non dies noctisque ... de rei publicae salute cogitem? Phil. VI, 17.

comparo, compono ad: quae iam diu ad salutem sociorum utilitatemque rei publicae composita comparataque essent; Verr. III, 21.

confero ad: servus est nemo ..., qui non quantum audet et quantum potest conferat ad salutem voluntatis; Catil. IV, 16. — in: qui se totos ... in salutem rei publicae contulerunt; Phil. XII, 7.

coniungo cum: hi et integrum consulem et bonum imperatorem ... cum rei publicae salute coniunctum deici de urbis praesidio ... volunt; Muren. 79. quod omnes boni ... suam salutem cum mea coniungunt; Sulla 29. numquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere; sen. 4. qui ... salutem populi Romani ... coniunctam esse cum mea (salute) dixerit; ib. 29. causam .. meam cum communi salute coniunxit; Quir. 16. quod ego ... salutem civium cum honore Cn. Pompei coniunxerim; dom. 3. civitatis salutem cum unius mea salute esse coniunctam; Vatin. 8. ut ne meas fortunas desereret cum rei publicae salute coniunctas; Piso 77.

Digitized by Google

conloco in: C. Caesar ... patrimonium .. suum ... in rei publicae salute conlocavit; Phil. III, 3.

consentio ad: ceteri vero ... qua frequentia ... ad communem salutem ... consentiunt! Catil. IV, 15. — de: qui de communi salute consentimus; Vatin. 23. omnes .. iam cives de rei publicae salute una et mente et voce consentiunt Phil. I, 21.

consumo in: qui (P. Sestius) cum omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit; Sest. 31.

contendo de: ecquis umquam ... tam vehementer de salute sua contendit? drv. Caec. 22.

converto ad: scribas .. universos ... video ab exspectatione sortis ad salutem communem esse conversos; Catil. IV, 15. vos me ab omnibus ceteris cogitationibus ad unam salutem rei publicae convertistis; Sulla 40.

decerno de: de summa salute vestra populique Romani, ... de salute Italiae ... decernite diligenter! Catil. IV, 24. qui non amplissime ... de salute mea ... decreverint; dom. 74. nullum erat Italiae municipium, ... quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset; Sest. 32. cum tu ... universum ordinem decernere de salute rei publicae prohibuisti; Phil. II, 52.

decerto pro: armis decertare pro mea salute nolui; Quir. 13.

deduco ad: ad salutem innocentium voluntate deducor; Sulla 87.

defigo in: ut omnis vigilias, curas, cogitationes in rei publicae salute defigeret; Phil. VII, 5. qui omnis suas curas in rei publicae salute defigunt; ib. XIV, 13.

defugio pro: ullum (putas) esse tantum periculum, ... tantam contentionem quam ego non modo pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerim? Planc. 78.

depello a: reliqui (magistratus) fuerunt quos neque terror nec vis ... nec minae ... a mea salute depellerent; sen. 7.

devoveo pro: ex qua (civitate) P. Decius primum pater, post aliquot annos ... filius se ac vitam suam ... pro salute populi Romani ... devovisset; Sest. 48.

dico de: qui ... numquam dubitavit sententiam de salute mea se et re publica dignam dicere; sen. 8. mihi ... non licuit de salute populi Romani sententiam dicere? dom. 26. cum omnes certatim aliusque alio gravius atque ornatius de mea salute dixisset; Sest. 74.

diiungo a: quorum et mentes et res sunt perditae longeque a communi salute diiunctae; har. resp. 53.

dimico de: hic ... tot iam mensis .. de salute ... dimicaret? Cael. 47. — pro: cum his conflictari et pro salute patriae cotidie dimicare erat omnino ... molestum; har. resp. 41.

dissentio a: si qui occulte a salute nostra dissentiunt, lateant; Sest. 14.

do ad: etsi ad salutem communem dari sentiunt; Verr. IV, 52.

dubito de: quam diu est de illius salute dubitatum; Marcell. 34.

duco prae: omnia pericula prae salute sua levia duxerunt; Verr. II, 156.

excito ad: qui ... populum Romanum ... ad meam salutem excitavit; har. resp. 46.

exsisto ad: cur ego non laeter meum consulatum ad salutem populi Romani prope fatalem exstitisse? Catil. IV, 2.

exspecto in: de te .. homines quid sentiant in honore experti sumus, in salute exspectamus; Vatin. 10.

extimesco de: vir huic imperio amicissimus de salute populi Romani extimescebat; Deiot. 11.

facio contra: illum contra rem publicam salutemque bonorum ... facturum; sen. 27. quia (M. Flaccus) cum C. Gracchо contra salutem rei publicae fecerat; dom. 102. illa furia clamabat se quae faceret contra salutem meam facere auctore Cn. Pompeio; Sest. 39. ſ. cogito contra. — de: qui *in* conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant; dom. 54 — pro: huic quae pro salute mea fecerit si minus profutura sint, obesse certe non oportere; Planc. 98.

fero de: in hac causa non solum de L. Murenae, verum etiam de vestra salute sententiam feretis; Muren. 84. quis civis fuit qui fas esse putaret ... non se de salute mea sententiam ferre? sen. 28. cum omnes principes civitatis ... suffragium se non de civis, sed de civitatis salute ferre censebant; ib. 90. quis est qui non profiteatur se adfuisse et suffragium de salute mea tulisse? Sest. 109.

gero pro: pro qua (salute sociorum) multa maiores vestri ... bella gesserunt; imp. Pomp. 6. qui (senatores, equites) haec omnia pro salute omnium ... gesserunt; Flacc. 96. quae pro salute omnium gessi; Sulla 26. quas (res) ... omnes boni pro salute communi gesserunt; ib. 32. quas (res) ego ... pro salute rei publicae suscepi atque gessi; ib. 34. quae pro salute omnium gessi; ib. 83. quas res nos ... pro salute huiusce imperii ... gessimus; Arch. 28. quod (factum) ... consensu bonorum omnium pro salute patriae gessissem; dom. 94. quamquam ... T. Annii tribunatu rebusque omnibus pro salute rei publicae gestis ad huius criminis defensionem non abutemur; Milo 6. omnium ordinum consensu pro salute rei publicae gesta resciderat; ib. 87. cum haec pro salute rei publicae tanta gessisses; Phil. I, 33. illi ... acerrimi Caesaris actorum patroni pro D. Bruti salute bellum gerunt; ib. X, 16.

impello ad: quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas vestra revocavit; sen. 22.

imploro ad: qui princeps .. Italiae totius praesidium ad meam salutem implorandum putarit. sen. 29. ad meam unius hominis salutem senatus auxilium omnium civium ... implorandum putavit; Piso 34.

incito ad: qui ... vos ... ad meam salutem incitavit; prov. cons. 43.

includo in: in qua (salute) etiam suam esse inclusam videbat; Deiot. 11.

incumbo ad: incumbite ad salutem rei publicae; Catil. IV, 4.

ineo contra: quae (consilia) clam essent inita contra salutem urbis atque imperii; Catil. III, 20.

interpretor ad: nos .. id ... ad salutem interpretamur; Scaur. 30.

iudico de: estis .. iudicaturi ... de communi salute; Flacc. 3.

laboro de: si ... nihil nisi de salute meorum civium laborassem; dom. 145. — pro: praedicabo Cn. Pompeium ... praecipue pro salute mea laborasse; dom. 30. cum pro alicuius salute multi laborarent; Ligar. 31.

laetor de: laetari omnis non de unius solum, sed de communi omnium salute sentio; Marcell. 33.

largior ad: ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam ..; Cluent. 3.

mereor de: quid? si vocatae tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in ullo civi comprobavissent? dom 58. civis ... optimi de salute patriae meriti periculum ... lugere senatui non licebit? Sest. 33.

nascor ad: eandem .. diem intellego ... propagatam || prope natam || esse .. ad salutem urbis; Catil. III, 26. memineram ... virum ... natum ad salutem huius imperii, C. Marium, ... ad inimorum ... hominum .. misericordiam confugisse; Sest. 50.

neglego prae: qui minas inimicorum meorum ... prae mea salute neglexit; sen. 38. qui semper genus illud hominum ... prae vestra salute neglexit; Milo 3.

obicio pro: numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes ... obiecissem; Arch. 14.

obligo pro: quorum pro salute se hic Sullae obligavit; Sulla 72.

obsecro pro: ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit; Quir. 16. hic ... pro salute mea populum Romanum obsecravit; dom. 30. „cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat"; Ligar. 14.

offero pro: qui se pro salute vestra obtulerint invidiae periculisque omnibus; Catil. III, 28. aliis impendentibus tempestatibus ... unum me pro omnium salute obtuli; Piso 21.

oppeto pro: cum .. simili virtute reliquarum legionum milites pro salute ... populi Romani mortem oppetiverint; Phil. XIV, 33.

oppono pro: civem qui se pro patriae salute opponat invidiae frustra posthac requiretis; har. resp. 60.

perfungor pro: si me tantis laboribus pro communi salute perfunctum efferret aliquando ad gloriam ... animi quidam dolor; har. resp. 17.

pertimesco in: dissentiebant principes et in salute optimatium temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant; Sest. 103.

pertineo ad: quod ad vestram famam, existimationem salutemque communem pertinet; Verr. I, 22. pertinet hoc ad summam rem publicam ... salutemque sociorum; ib. II, 28. quae (causa) non ad sociorum salutem ... pertinet; ib. V, 139. ad illa venio, quae ... ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent; Catil. I, 14. quae (res) ... ad communem salutem omnium civium et prope gentium pertinerent; Sest. 38. quae lex ... ad salutem omnium pertinet; Cael. 70. dico hoc, quod ad salutem rei publicae pertinet; Planc. 93.

perturbo de: cum T. Annius ipse magis de rei publicae salute quam de sua perturbetur; Milo 1.

pervenio ex: est .. fortunatus ille, cuius ex salute non minor paene ad omnis, quam ad ipsum ventura sit, laetitia pervenerit; Marcell. 4.

possum ad: multum posse ad salutem alterius honori multis ... fuit; Fr. B. III, 5.

praebeo ad: cum ... Gai .. Marii ... monumentum municipi eius et rei publicae defensori sedem ad salutem praebuisset; Sest. 116. — pro: qualis vos ... mihi pro salute vestra praebuistis; leg. agr. II, 103.

promulgo ad: qui (tribuni) et promulgarent de salute mea et ad vos saepe numero referrent; sen. 4. legem separatim initio de salute mea promulgavit; ib. 21. cum L. Caecilius ... publice promulgarit de mea salute cum conlegis paene omnibus; ib. 22. ut (tribuni) de salute mea et promulgarent et referrent; ib. 29.

propago ad: ſ. nascor ad.

propugno pro: propugnat .. pro salute M. Fontei Narbonensis colonia; Font. 46.

pugno pro: qui contra vos pro huius salute pugnabant; Sulla 49.

reduco ad: dubitarem quin is me ... ad salutem reduceret? Quir. 15.

refero de: ut etiam Q. Metellus consul ... de mea salute rettulerit; Sest. 130. ſ. promulgo de.

repono in: ſ. 1. repono.

reservo ad: habetis consulem ex plurimis periculis ... non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum; Catil. IV, 18.

rogo contra: eidem (viri) illam proscriptionem capitis mei contra salutem rei publicae ... rogatam esse dicebant; prov. cons. 45. — pro: ſ. obsecro pro.

sentio de: qui ita ... de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent; Sulla 61. quis non de communi salute optime ... sensit? ib. 82.

specto ad: si ... omnia mea consilia ad salutem sociorum ... spectaverunt; Verr. V, 188. ad suam .. quandam magis ille gloriam quam ad perspicuam salutem rei publicae *eam* (causam) sumpserat || tam spectarat ||; Sest. 37.

spondeo pro: repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriae spoponderim, dignitatem; Flacc. 106.

subeo pro: si imperatoribus ... non licebit ... elicere ... fortissimum ... quemque ad subeunda pro salute nostra pericula; Balb. 22.

sumo ad: ſ. specto ad.

supplico pro: quae (res) vestris animis pro huius innocentis salute supplicent; Font. 41.

suscipio contra: nullum scelus susceptum contra salutem omnium (a me) defendi ac tegi; Sulla 86. — pro: haec ratio accusandi fuit honestissima, ... pro salute provinciae ... inimicitias suscipere; div. Caec. 63. ut pro mea salute laborem periculumque suscipias; Muren. 76. P. Sestius ... iter ad C. Caesarem pro mea salute suscepit; Sest. 71. quos (inimicos) ego pro vestra salute suscepi; Planc. 103. ſ. gero pro.

teneo in: qui in mea salute principem semper locum ... tenuistis; dom. 147.

trado pro: corpora sua pro salute regum suorum hi legati tibi regii tradunt; Deiot. 41.

valeo ad: valeant haec omnia ad salutem innocentium; Muren. 59. remove [praetermitte] auctoritatem, quae in iudiciis ... ad salutem debet valere! ib. 67. valeat (vita) *et* ad poenam et ad salutem plurimum! Sulla 79. — de: plus impudicissimae mulieris apud te de Cleomenis salute quam de sua vita lacrimas matris valere; Verr. V, 112.

versor in: quae (ingenia) antea versabantur in salute atque auxilio ferendo; Quinct. 53.

vigilo ad: iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae; Catil. I, 8.

voco ad: cum ... te ... consules ad patriae salutem ac libertatem vocarent; Rabir. 22. qui me ... ab exitio ad salutem vocavit; sen. 24. cum .. ad consulare officium ipsis insignibus illius imperii ad meam salutem ... precibus vestris vocarentur; har. resp. 3.

utor ad: quibus argumentis se ad salutem uti arbitrabantur; Verr. V, 146. qui etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem utatur; har. resp. 35. — pro: dum modo ea (potentia) nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum; Milo 12.

III. **nach Adjectiven und Adverb: 1. Genetiv:** inimicus: cum ... intentus *est* arcus ... in universam rem publicam, traductione ad plebem ... hominis ... communis salutis inimici; Sest. 15.

studiosus: M. Laterensem, hominem studiosissimum ... salutis meae, reum sibi hunc potissimum delegisse; Planc. 2.

2. **Dativ:** accomodatus: quid est quod ... saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit? div. Caec. 7.

Digitized by Google

amicus: L. vero Lamiam, ... hominem .. saluti meae pro familiaritate, rei publicae pro fortunis suis amicissimum, consul .. exire ex urbe iussit; sen. 12. qui amici fuerint saluti et dignitati meae: Balb. 2.

inimicus: C. Caesar ... inimicissimus esse meae saluti ab eodem ... dicebatur; Sest. 39.

3. **mit Präpositionen:** ferox pro: sunt .. fortes illi quidem, sed ... pro ... salute rei publicae nimis feroces; Phil. XII, 29.

princeps ad: neque enim ego tunc princeps ad salutem esse potuissem; Sulla 9.

singularis in: si P. Lentulum, civem ... in salute mea singularem, ... res publica tenere potuisset; Phil. XIII, 29.

una cum: eadem precor ab eis dis .. ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum; Muren. 1.

utilis ad: faciam id, quod est ad severitatem lenius et ad communem salutem utilius; Catil. I, 12.

IV. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** alqd: cum ... senatum populumque docuissem quid eis utilitatis, quid salutis adferrem; Verr. IV, 138.

adiumenta: ad haec ... adiumenta salutis ... meae reliqua vos idem addidistis; sen. 27.

aedes: cum ... idem dies adventus mei fuisset reditusque, qui natalis idem carissimae filiae, ... idem ... *aedis Salutis;* Sest. 131.

auctor: ut erga duces ipsos et principes atque auctores salutis meae satis gratus iudicarer; sen. 24. qui (Pompeius) se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Romano *praebuit;* Sest. 107. cum .. pro me ... P. Lentulo consuli, auctori salutis meae, frequens adsideret; Piso 80. ego .. Cn. Pompeium, non dico auctorem, ducem, defensorem salutis meae, ... sed dico hoc ..; Planc. 93. eiciundus est ex urbe civis auctor et custos salutis; Fr. B. XI, 1, 2.

auxilia: tu salutis auxilia ad me et ad senatum attulisti; Flacc. 102. hisce ego auxiliis salutis meae si idcirco defui, quia nolui dimicare; Planc. 89.

cogitatio: nisi hanc rationem et cogitationem salutis tuae pecuniae cupiditas ... superaret; Verr. III, 52.

custodia: quae (insignia) sunt a me propter urbis vestraeque salutis custodiam repudiata; Catil. IV, 23. non extimesco ne Cn. Plancio custodia meae salutis apud eos obsit, qui ..; Planc. 2.

custos: video Milonem, ... custodem salutis meae, ... sordidatum et reum; Sest. 144. neque .. ego sic rogabam, ut petere viderer, quia familiaris esset meus, ... sed ut quasi parenti et custodi salutis meae; Planc. 25. non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, ... sed custodem salutis meae; ib. 102. ſ. auctor; Fr. B. XV, 1, 2.

defensio: ut hanc causam salutisque suae defensionem susciperem; Verr. II, 156. non quo mihi potior ... sit officii mei quam huiusce salutis defensio; Muren. 2. cuius omnis ratio, cogitatio, totus denique tribunatus nihil aliud fuit nisi constans ... defensio salutis meae; sen. 30. qui mentem optimi ... viri ... a defensione meae salutis averterant; Sest. 67.

defensor: iam omnes intellegunt cur universa provincia defensorem suae salutis eum quaesiverit; Verr. III, 64. quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem et minime timendum ... defensorem salutis meae: sen. 3. exstitit ... salutis (meae) defensor, qui ... fuerat inimicus; ib. 26. reliqui magistratus paene omnes fuerunt defensores salutis meae; Quir. 15. qui cum omnibus meae salutis defensoribus bellum esse sibi gerendum iudicaverunt; Sest. 4. video P. Sestium, meae salutis ... defensorem, propugnatorem, actorem reum; ib. 144. cum (Cn. Pompeius) ... in contionibus ... se defensorem salutis meae ... profiteretur; Piso 80. qui ... meae .. salutis non modo non oppugnator, ... sed etiam defensor fuisset; Planc. 76. unus (Cn. Plancius) .. fuit de magistratibus defensor salutis meae; ib. 78. ille erat ut odisset .. defensorem salutis meae; Milo 35. ſ. auctor; Planc. 93.

deprecatores: qui (tribunus) adesse nobilissimos adulescentis, honestissimos equites Romanos, deprecatores salutis meae iusserit; Sest. 27.

desertores: cum viderem ... homines ... aut proditores esse aut desertores salutis meae; Quir. 13.

dux: ſ. auctor; sen. 24. Planc. 93.

fautor: quamquam ... eiusdem .. cura incredibilis ... docuit ... salutis ... meae fuisse fautorem; Phil. VII, 6.

hostes: nolite ... inimicis meis ... dare laetitiam gloriantibus vos ... salutis eius, a quo mea salus conservata est, hostis exstitisse; Planc. 103.

iura: ut omnia vitae salutisque communis ... iura violentur; Deiot. 30.

laetitia: quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta condicio; Catil. III, 2.

memoria: cum ... renovetur memoria per me inventae salutis; Sulla 83.

necessitas: hanc pecuniam ... datam tibi ... ad necessitatem salutis ac vitae ... abs te sic lacceratam esse dico ..; Verr. III, 164.

oppugnator: ſ. defensor; Planc. 76.

parens: ſ. custos; Planc. 25.

perfugium: ut nullum sit posthac in re publica ... perfugium et praesidium salutis; Rabir. 4.

periculum: de periculo salutis et libertatis loquor; leg. agr. I, 21.

pignus: quod (Palladium) quasi pignus nostrae salutis atque imperii custodiis Vestae continetur; Scaur. 48.

praesidium: in perpetuum res publica civile praesidium salutis suae perdidisset; Planc. 90. quod .. praesidium erat salutis ... vestrae; Phil. IV, 4. ſ. perfugium.

princeps: qui ... senatum ipsum, principem salutis mentisque publicae, ... pervertit; har. resp. 58. ſ. auctor; sen. 24.

perditores: ſ. desertores.

propugnator: ſ. defensor; Sest. 144.

ratio: ut omnem rationem salutis in pecunia constitueret; Verr. a. pr. 10. ne tum quidem te potuit si non pietatis, at salutis tuae ratio ad officium sanitatemque reducere? ib. II, 98. cum tamen ... salutis suae rationem iudicum severitati reservavit; ib. V, 74. quoniam .. salutis omnium ratio ... postulat; ib. 172. ſ. cogitatio.

restitutor: at quod erat tempus? clarissimus et fortissimus consul, ... resitutor salutis meae; Milo 39.

societas: quid tandem C. Rabirium facere convenit? utrum ... latere in occulto ... an ... cum bonis .. omnibus coire non modo salutis, verum etiam periculi societatem? Rabir. 21.

spes: miseri iam non salutis spem, sed solacium exitii quaerunt; div. Caec. 7. potestne tibi ulla spes salutis commoda ostendi? Verr. I, 47. certe huic homini spes nulla salutis esset; ib. III, 168. nemo est qui ullam spem salutis reliquam esse arbitretur; ib. V, 12. cui civi supplici non illa dextera ... spem salutis ostendit? Verr. V, 153. qui spem salutis in alia ratione non habuerit; Cluent. 64. neque eripueritis *rei publicae* spem *libertatis*, spem salutis, spem *dignitatis*; Rabir. 34. spes maior esset salutis, si praeter te nemo esset

impurus; har. resp. 35. cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset; Milo 40. ut mihi quidem videantur di immortales ... iam .. satiati aliquando omnem spem salutis ad clementiam victoris ... contulisse; Marcell. 18. ut, quocumque venisset, lux venisse quaedam et spes salutis videretur; Phil. X, 12. tuis ... sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius; ib. XII, 5.

tempus: duo sunt tempora, quibus nostrorum civium spectentur iudicia de nobis; unum honoris, alterum salutis; Vatin. 10.

via: qui ultro nobis viam salutis ostendunt; har. resp. 63.

volneratio: maior haec est vitae, famae, salutis suae volneratio; Piso 47.

2. **mit Präpoſitionen:** aequitas erga: cuius quidem aequitas et .. voluntas erga Cn. Plancii salutem facile declarat ..; Planc. 43.

benevolentia erga: quod habeo auctorem P. Servilium, ... virum clarissimum et ... erga meam salutem fide ac benevolentia singulari; prov. cons. 1.

consensus de: tantus vester consensus de salute mea fuit, ut ..; sen. 5.

contio de: de mea salute P. Lentuli, ... Cn. Pompei ... ceterorumque principum civitatis celeberrimae et gratissimae contiones fuerunt; Piso 34.

dolor ex: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum; Cluent. 200.

fides erga: ſ. benevolentia erga.

praesidium ad: cui (filio) .. satis erit praesidii ... ad salutem ..., si ..; Catil. IV, 23.

sententia de: qui ... numquam dubitavit sententiam de salute mea se et re publica dignam dicere; sen. 8. cuius sententiam senatus [omnis] de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est; Milo 39.

suffragatio pro: cum ... (sit) facilis suffragatio pro salute; dom. 45.

tabella de: cum tabella vobis dabitur, .. non de Flacco dabitur solum: ... dabitur ... de salute communi; Flacc. 99.

voluntas erga: ſ. aequitas erga.

V. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** continere: qui non intellegat tua salute contineri suam; Marcell. 22.

definire: hic tu modum vitae tuae non salute rei publicae, sed aequitate animi definies? Marcell. 25.

restringere: nisi belli civilis incendium salute patriae restinxeris; Marcell. 29.

abl. comp.: neque illis huius salute ... quicquam est optatius; Planc. 69.

2. **Präpoſitionen:** ad: (Milo) probasset .. tibi ... tribunatum suum ad salutem meam ... consiliis tuis gubernatum; Milo 68.

causa: fateor me salutis omnium causa ad eam partem accessisse rei publicae sublevandae, quae maxime laboraret; div. Caec. 9. quorum (hominum) ego inimicitias populi Romani salutis causa suscepero; Verr. V, 183. quod ut illi ... perpetuum sit, ... communis salutis ... causa ... optare debetis; imp. Pomp. 48. quod salutis omnium causa statueritis; Catil. IV, 8. ego quod facio ... me ... salutis ... omnium nostrum causa facere ... testor; Muren. 78. quod ... et senatum et omnis bonos meae salutis causa mutata veste vidi; dom. 99. qui ex tota Italia salutis meae causa convenerant; Sest. 129.

contra: qui contra urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Catilina relicti sunt; Catil. II, 27. mihi persuadeo, me tibi ... contra salutem (L. Murenae) nihil debere; Muren. 7.

cum: cui cetera summa cum salute rei publicae commissa sunt; imp. Pomp. 50.

ut id studiosissime facerem, ... consulatus ... mihi una a vobis cum salute rei publicae commendatus coëgit; Rabir. 2. cum summa rei publicae salute ... proficiscere ad .. bellum; Catil. I, 33. ut ... consul ... beneficium populi Romani cum vestra atque omnium civium salute tueatur; ib. 2. quid .. possum aliud ... nisi te cum mea salute complecti? Planc. 102. velim existimes ... sententiam tuam aut ... pestem importaturam esse regibus aut incolumem famam cum salute; Deiot. 43.

de: de nostra .. re publica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute fundos populos fieri noluerunt; Balb. 22.

gratia: sin ... illam miseram profectionem vestrae salutis gratiae suscepissem; Quir. 1.

in: qui quantum possent in salute alterius quam in exitio mallent ostendere; Sex. Rosc. 149. in salute communi .. populus Romanus dolori suo maluit quam auctoritati vestrae obtemperare; imp. Pomp. 56.

ob: praetorem tamen ob salutem malle accipere (pecuniam); Verr. II, 69.

pro: ut ea nunc pro salute sua fratrisque sui animos vestros placare possit; Font. 46. a vobis *peto* quaesoque ut hanc *meam* defensionem pro amici periculo *fidelem*, pro rei publicae *salute* consularem *putetis*; Rabir. 38. P. Sestius pro mea salute ... sibi ... nullum vitae discrimen vitandum umquam putavit; sen. 20. qui pro salute mea municipia coloniasque adisset; ib. 31. audieram et legeram clarissimos ... viros se in medios hostis ... pro salute exercitus iniecisse; dom. 64. ego pro salute universae rei publicae dubitarem hoc meliore condicione esse quam Decii, quod ..? ib.

propter: cuius ille inimicitias non solum suscepit propter salutem meam, verum etiam appetivit; har. resp. 7. qui (conventus) propter salutem illius urbis consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit; Sest. 9. me propter salutem meorum civium ... dimicationem caedemque fugisse; ib. 45. cuius umquam propter salutem nisi meam senatus publice sociis populi Romani gratias egit? ib. 128. propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum ... censerem; Phil. XIV, 1. quo die propter eius salutem redierimus; ib. 3. ne memoriae ... prodatur ... populum Romanum ... propter eiusdem (civis) salutem redisse ad togas; ib.

salutaris, heilſam, nützlich: alqd: omnia, quae rei publicae salutaria essent; Phil. XI, 28.

arma: quid est .. dementius quam, cum rei publicae perniciosa arma ipse coperis, obicere alteri salutaria? Phil. II, 19.

civis: agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant; Milo 20. qui .. se ab senatu ... senserit civem earum haberi salutaremque rei publicae; Phil. V, 49.

consulatus: tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus; Phil. II, 15.

dies: quem ego diem vere natalem huius urbis aut certe salutarem appellare possum; Flacc. 102.

lex: qui ... sustulit duas leges, Aeliam et Fufiam, maxime rei publicae salutaris; har. resp. 58. duae maxime salutares leges quaestionesque tolluntur; Phil. I, 22.

littera: nec vobis tam hanc salutarem in iudicando litteram quam illam tristem dedisset; Milo 15.

praesidia: quamquam praesidiis salutaribus et necessariis saepti sumus; Milo 2.

promissa: Antonii igitur promissa ... nec diuturna neque salutaria; Phil. VIII, 10.

quaestio: ſ. lex.

Digitized by Google

reditus: nec .. dubito quin ... reditus eius (viri) et vobis gratus fuerit et rei publicae salutaris futurus; Phil. IX, 1.

relatio: relatio illa salutaris et diligens fuerat consulis, animadversio quidem et iudicium senatus; Piso 14.

res: cum tu salutaribus ‖ salvis ‖ ... rebus tuis ... amicissimi benevolentiam ... desideres ‖ desiderabis ‖; Milo 69. et nomen pacis dulce est et ipsa res salutaris; Phil. II, 113. quae (res) .. salutaris rei publicae sit; ib. VII, 4. dulce .. etiam nomen est pacis, res vero ipsa ... salutaris; ib. XIII, 1.

sententia: in qua (cella) me consule salutares sententiae dictae sunt; Phil. II, 19.

salutatio, Begrüßung: quis (te) .. communi salutatione dignum putet? Piso 96.

saluto, grüßen, begrüßen: I. **absolut:** 1. exclusi eos, quos tu ad me salutatum miseras; Catil. I, 10. Casino salutatum veniebant, Aquino, Interamna; Phil. II, 105.

2. alqs: quid? quod cum admoneris, tamen, quasi tute (civis) noris, ita salutas? quod, postea quam es designatus, multo salutas neglegentius? Muren. 77.

II. **mit Object:** alqm: hunc postea quam salutavit; Qu. Rosc. 49. quis te ... tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Catil. I, 16. quo cum Catilina venisset, quis eum senator appellavit? quis salutavit? ib. II, 12. adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset? Cael. 38. cum ille (M. Drusus) eum (Granium) salutasset; Planc. 33. te, quem ... numquam salutaverat, fecit heredem; Phil. II, 41. qui, cum essent devii, descenderunt, ut istum ... salutarent; ib. 106. quem cum Scato salutasset; ib. XII, 27. salutabunt benigne ... unum quemque nostrum; ib. XIII, 4.

consulem: cum prima luce consulem salutatum veniret; Sulla 52.

deum: cum deos salutatum aliqui venerint; Sex. Rosc. 56.

salvus, gesund, wohl, unverletzt, unbeschädigt, gerettet, gesichert: alqs: salvi etiam nunc esse possumus; Sex. Rosc. 150. ut salvi esse non possent; Verr. II, 8. salvum esse (istum) cupiunt; ib. 15. multo magis est petendum ab hominibus, si salvi et honesti esse volumus; ib. 29. si salvus ipse in provincia vellet esse; ib. 139. „si me salvum esse vis"; ib. 148. aratores de eo bene existimare, amicos esse, salvum cupere; ib. 151. ut sine vestro praesidio salvi esse non possint; ib. III, 8. possesne severis iudicibus salvus esse? ib. 121. quoniam ex tota provincia soli sunt qui te salvum velint; ib. IV, 150. quem non ille ... salvum incolumemque servavit? ib. V, 153. quod videret cum, qui se ab reo pecuniam ... accepisse confessus esset, salvum esse non posse; Cluent. 85. nedum his temporibus ... sine vestra sapientia ... salvi esse possimus; ib. 95. non committam, ut vestro beneficio potius quam nostro consilio salvi esse possimus; leg. agr. I, 16. neque .. isti ... alia ratione ulla salvi esse possunt; Catil. II, 18. si salvi esse velint; ib. 20. ut ... paucorum .. poena vos omnes salvi esse possitis; ib. 28. quem ad modum in tantis ... insidiis salvi esse possemus; ib. III, 3. ille (Iuppiter) Capitolium, ille haec templa, ille cunctam urbem, ille vos omnis salvos esse voluit; ib. 22. ut omnes, qui salva urbe salvi esse possent, in hostium numero ducerentur; ib. 25. ut salvi omnes conservaremini; ib. ut salvi sint vobiscum omnes; ib. IV, 3. quem .. tot ... provinciae salvum esse cupiant; Flacc. 5. (3. 28.) liceat his, qui haec salva esse voluerunt, ipsis esse salvis; ib. 104. omnes, qui adsunt, qui laborant, qui (Sullam) salvum volunt ..; Sulla 5. si me salvum esse voluistis; Sest. 147. si idem ille .. me salvum esse voluit; prov. cons. 43. qui me ipsi maxime salvum videre voluerunt; Planc. 2. salvum tu me esse cupisti: hic fecit etiam ut esse possem; ib. 79. qui ... me ... salvum semper ... esse voluisti; ib. 104. quem esse omnes salvum ... volunt; Milo 50. nisi te, C. Caesar, salvo ... salvi esse non possumus; Marcell. 32. quos tu .. salvos esse voluisti; Ligar. 34. quem ipse victor ... salvum esse voluisset; Phil. II, 5. qui te ... salvum esse voluerunt; ib. 88. eripiet ... tibi ista populus Romanus, utinam salvis nobis! ib. 113. postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis novis salvum esse non posse; ib. VI, 11. honesta oratio, sed ita, si bonos et utilis et e re publica civis: sin eos, qui natura cives sunt, voluntate hostes, salvos velis ..; ib. VIII, 13. quia non omnis salvos esse voluisset; ib. 14. num tu, qui omnis salvos vis, Catilinam salvum esse voluisti? ib. 15. salvi sint improbi, scelerati, impii; ib. 16. suo capiti salvis nobis ominetur; ib. XI, 12. quo (signo) salvo salvi sumus futuri; ib. 24. me salvum adhuc res publica conservavit sibi; ib. XII, 24. te videlicet salvum ... esse cupiebant; ib. XIII, 33.

alqd: ut ... haec, quae dixi, retinere .. incolumia ac salva possimus; div. Caec. 72. cuius preces si di aspernarentur, haec salva esse non possent; Font. 48. ut id, quod conceperat, .. salvum parere posset; Cluent. 33. liceat his, qui haec salva esse voluerunt, ipsis esse salvis; Flacc. 104. ut ... nihil haberet quod salvum esse vellet; Sulla 32. ut, quicquid belli fortuna reliquum rei publicae fecerit, id esse salvum velis; Marcell. 10. qui haec salva esse volumus; ib. 32. qui haec salva velint; Phil. IV, 7.

acta: salvis .. actis Caesaris ..., Pompeio sua domus patebit; Phil. XIII, 10.

auspicium: quod salvis auspiciis (de me) tulisses, iure egisse (te) dicebant; dom. 42. cum ego legem de ambitu ... tulerim salvis auspiciis, tulerim salva lege Aelia et Fufia; Vatin. 37. eidem (viri) illam proscriptionem capitis mei contra salutem rei publicae, sed salvis auspiciis rogatam esse dicebant; prov. cons. 45. quam diu tu voles, vitiosus consul Dolabella; rursus, cum voles, salvis auspiciis creatus; Phil. II, 84. easdem leges de integro, ut populum teneant, salvis auspiciis ferri placet; ib. V, 10. etiam si (leges) sine vi salvis auspiciis essent rogatae; ib. X, 16.

boni: qui suis amplissimis fortunis nisi bonis salvis frui non potest; Phil. XIII, 16.

Capitolium: ſ. alqs; Catil. III, 22.

caput: quoad videretur salvo capite fieri posse; Caecin. 20. si id praetermittere suo salvo capite potuisset; Cluent. 42. ne salvo capite negare non posses; Phil. II, 99.

civis: ais eum te esse qui ... semper omnis civis volueris salvos; Phil. VIII, 13. non .. omnis civis salvos esse voluerunt; ib. 14.

corpus: ut totum (rei publicae corpus) salvum sit; Phil. VIII, 15.

cubile, cursus: nulli sunt inventi tam ... perditi qui non illum ipsum ... quaestus cotidiani locum, qui non cubile ac lectulum suum, qui denique non cursum hunc otiosum vitae suae salvum esse velint; Catil. IV, 17.

dignitas: tu, T. Vecti, ... (hereditatem) una amittes, an tuum nulla avaritia salva dignitate retinebis? Flacc. 85.

fides: quod salva fide possim; Sex. Rosc. 85.

lectulus: ſ. cubile.

Digitized by Google

lex: haec denarium XXXIX milia palam salvis legibus contulerunt in statuam; Verr. II, 137.

locus: ſ. cubile.

maiestas: ut populus Romanus suam maiestatem esse salvam velit; Balb. 37.

milites: „nihil moror eos (milites) salvos esse“; Phil. XIII, 35.

navis: qui in maximis turbinibus ac fluctibus rei publicae navem gubernassem salvamque in portu conlocassem; Piso 20.

officium: ut utrumvis salvo officio facere se posse arbitrarentur; Sex. Rosc. 4.

provincia: si modo id salva provincia ... percipere possumus; Verr. III, 201.

res publica: ita mihi salva re publica vobiscum perfrui liceat, ut ego ... non atrocitate animi moveor; Catil. IV, 11. qui rem publicam salvam vellent; sen. 24. senatum iudicasse, qui civis me non defendisset, eum rem publicam salvam noluisse; ib. 25. „qui *rem publicam* salvam esse *volunt* ‖ vellent, volt ‖; leg. agr. III, 34. qui rem publicam salvam esse vellent; Rabir. 20. qui rem publicam salvam esse vellent; dom. 73. praesertim cum mihi uni ... opera mea hanc urbem et hanc rem publicam esse salvam ... dicere fas fuisset; ib. 94. sine meo reditu rem publicam salvam esse non posse; ib. 99. omnes qui rem publicam salvam vellent; Sest. 128. iuravi rem publicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam; Piso 6. qui (cives) rem publicam salvam esse vellent; ib. 34. qui mecum illius gloriam, qui rem publicam salvam esse cupiebant; ib. 76. utrisque cupientibus rem publicam salvam; Ligar. 19. quae senatus salva re publica ne fieri possent perfecerat; Phil. II, 55. ut (res publica) sine eo (praesidio) salva esse non posset; ib. XI, 20. omnibus .. bonis expedit salvam esse rem publicam; ib. XIII, 16 qui rem publicam salvam esse vellent; Fr. B. VI, 22.

signum: quo (signo) salvo salvi sumus futuri; Phil. XI, 24.

socius: haec omnia salvis populi Romani sociis ... esse gesta; imp. Pomp. 21. qui ... omnis socios ... auctoritate nostri imperii salvos praestare poteramus; ib. 55.

templa: ſ. alqs; Catil. III, 22.

vectigalia: quibus si qua calamitas propter istum salvis vectigalibus nostris accidisset; Verr. III, 127.

urbs: ſ. alqs; Catil. III, 22. 25.

Samnis, Gladiator mit ſamnitiſchen Waffen: cum ... homines .. ex ergastulis emptos nominibus gladiatoriis ornarit et sortito alios Samnitis, alios provocatores fecerit; Sest. 134.

sanabilis, heilbar: vel si pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi sanabilis, illi mortifera; Sest. 44.

sancio (vgl. **sanctus,** alqd.), heiligen, unverletzlich machen, feſtſetzen, verordnen, verbieten: I. **mit Ergänzung:** 1. de: ſ. II. alqd; Sex. Rosc. 70. Verr. II, 122.

2. ne: ſ. **ne,** I, 1, a. sancio (8 St.) W. III, S. 249 a.

3. ut: sancitur, ut ... eius quaestio ad populum pertineat ex certo tempore; Verr. I, 108. etiam in reliquum tempus diligentissime sancit, ut, quod quisque habeat imperator pecuniae, protinus ad X viros deferat: leg. agr. I, 13. quas (provincias consularis) C. Gracchus, ... ut necesse esset quotannis constitui per senatum [decreta], lege sanxit; dom. 24. quod factum non est, ut sit factum, ferri ad populum aut verbis ullis sanciri ... potest? ib. 47. communi iure gentium sanctum est, ut nihil mortales a dis immortalibus usu capere possint; har. resp. 32. qua lege videmus satis esse sanctum, ut cives Romani sint ei, quos ..; Balb. 19.

3. ut ne: cum et sacratis legibus et XII tabulis sanctum esset, ut ne cui privilegium inrogari liceret neve ..; Sest. 65.

II. **mit einfachem Object:** alqd: cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat; Sex. Rosc. 70. multa videmus ita sancta esse legibus, ut ante facta in iudicium non vocentur; Verr. I, 108. in quibus (legibus) multa sanxit de aetate hominum, ... de quaestu, ... de censu, de ceteris rebus; ib. II, 122. hoc ... Corneliae leges non sanciunt; leg. agr. III, 8. at ‖ ac ‖ si illa solum sanciret, quae a Sulla essent data, tacerem; ib. 10. quae dubia sunt per vos sanciri volt; ib. 13. sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebesve sanxit; ib. 33. quod publica religione sanciri potuit, id abest; ib. 35. sacrosanctum .. nihil potest esse, nisi quod per populum plebemve sanctum est; ib. de quibus confirmandis et sanciendis legem ... laturus est; Phil. X, 17. quid erat aliud, quod inter Antonium et Dolabellam ... foedere et fide sanciretur? ib. XIII, 42.

ambitum: hic etiam addidisti me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse, ut miserabiliores epilogos possem dicere; Planc. 83.

auctoritatem: ut me conservato vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret; sen. 8.

colonias: nos sustulimus (colonias) an contra legem comitiis centuriatis latam ‖ lege ... lata, leges ... latas ‖ sanximus? Phil. XIII, 31.

dignitatem: ſ. auctoritatem.

foedera: cum omnia ... foedera reconcilitatione gratiarum sanguine meo sancirentur; Quir. 13.

genus: si ostendo ... genus id agrorum certo capite legis impudentissime confirmari atque sanciri; leg. agr. III, 3.

ius: qui (maiores) de civitate et libertate ea iura sanxerunt, quae ..; dom. 80. quod (ius) Iuppiter ipse sanxit; Phil. XI, 28.

leges: quas (leges) senatus de ambitu sanciri voluerit; Planc. 44.

observantiam: noli observantiam sancire poena! Planc. 47.

possessiones: is, qui a me Sullanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit, verum ipse novas adsignationes instituit; leg. agr. III, 10.

iudicium: qui ... in Oppianico ... superioribus consentire iudiciis debuerunt; Cluent. 60. non nulli .. severi homines ... se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere; ib. 76. qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt; ib. 106. vita erepta est superiore iudicio; Sulla 89.

leges: poenam ambitus eam referebat, quae fuerat nuper, superioribus legibus constituta; Sulla 63.

locus: hanc ego causam cum agam beneficio populi Romani de loco superiore; Verr. I, 14. primum ipse in Sicilia saepe et palam de loco superiore dixerat; ib. II, 102. qui haec, quae dico, iam non occulte, ... sed palam de loco superiore ageret; ib. IV, 49. haec ... agebantur in conventu, palam, de sella ac de loco superiore; ib. 86. in quibus (plagis) te ab eodem me superiore ex loco confici et concidi necesse est; ib. V, 151. deiectus .. qui potest esse quisquam nisi in inferiorem locum de superiore motus? Caecin. 50. qui se praecipitatos ex locis superioribus dicerent; ib. statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum; Milo 29.

memoria: multi .. superiore memoria cives Romani ... alias se in civitates contulerunt; Balb. 28.

nox: quid proxima, quid superiore nocte egeris, ... quem nostrum ignorare arbitraris? Catil. I, 1. recognosce .. mecum noctem illam superiorem; ib. 8. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt; ib. II, 6. dico ... superiore nocte cuiusdam hominis nobilis ... domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse; Fr. B. VIII, 1.

nuptiae: non parietes .. ipsos (timuisse), superiorum testis nuptiarum; Cluent. 15.

oratio: illa superior fuit oratio necessaria, haec erit voluntaria; Qu. Rosc. 15. superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus; Verr. III, 10.

pars: superiore parte legis quem ad modum Pompeium oppugnarent a me indicati sunt; leg. agr. I, 5. quod superiore parte legis praefinitum fuit; ib. 10.

praetores: superiorum praetorum consuetudo cum haec fuisset; Verr. V, 43. quibus superiores omnes [praetores] item ut ceteris imperarant; ib. 53.

quaestio: veneni iam suspicio superiore quaestione sublata (est); Cluent. 184.

stultitia: huius ipsius facti stultitiam alia ‖ illa ‖ iam superior stultitia defendit; Rab. Post. 24.

tempus: utriusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quod ... et senatum et omnis bonos meae salutis causa mutata veste vidi, posterioris ..; dom. 99.

tribuni: qui ... iam a superioribus tribunis petierit, ut ..; sen. 29.

tyranni: ac videte quanto taetrior hic tyrannus [Syracusanus] fuerit quam quisquam superiorum; Verr. IV, 123.

vir: facit heredem ... ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri; Caecin. 17. in qua (domo sedeque) cotidie superioris viri mortis indicia ... videret; Cluent. 188.

vita: nihil alienum tamen vita superiore commisit; Quinct. 98.

uxor: cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses; Catil. I, 14.

B. **allein: a. masc.:** I. sumunt: frumentum ab eis sumpseritne C. Verres, ... sicuti superiores? Verr. IV, 150.

II. invito: cum magistratum aut aliquem superiorem invitasset; Verr. IV, 44.

restituo: tribuniciis superiores illi rogationibus ... sunt restituti; Quir. 10.

supero: ut longe superiores omnis hac dignitate copiaque superarem; Quir. 9. cogitarat omnis superiores muneris splendore superare; dom. 111.

vinco: si superiores consilio vicisti; Verr. III, 41. tanto ille superiores vicerat gloria, quanto ..; Deiot. 12.

III. alqs: idcirco nemo superiorum attigit, ut hic tolleret? Verr. IV, 7.

auctoritas: auctoritatem superiorum repudiatam? Verr. III, 39. quod ... omnium superiorum auctoritatem repudiarit; ib. 48. hunc omnium superiorum, huius autem omnis, qui postea fuerint, auctoritatem dico secutos; Font. 1.

consuetudo: iam vero illud non solum contra legem Hieronicam nec solum contra consuetudinem superiorum; Verr. III, 38.

edicta: scio te edicta superiorum omnium correxisse; Verr III, 16.

instituta: ut ab institutis superiorum, ab auctoritate senatus ... ne recedatur; Verr. II, 38. cum successor aliquid immutat de institutis superiorum; Flacc. 33.

memoria: tot homines nocentis et improbos accusatos et vestra et superiorum memoria scitis esse; Verr. III, 64.

sanguis: si summi ... viri Saturnini ... et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt; Catil. I, 29.

IV. a. indignum est a pari vinci aut superiore; Quinct. 95.

b. neutr.: I. sunt: cuius (Bruti) ut superiora omittam, quae sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata; Phil. V, 35.

ohne Verb: sed haec, ut dixi, superiora; Phil. III, 8.

II. fero: „superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui tuli"; Catil. 1, 18.

laudo: ſ. I. sunt.

omitto: ut superiora omittam; Phil. X, 4. ſ. I. sunt.

C. supremus: dies: quem cum supremo eius die Maximus laudaret; Muren. 75. ut ... spoliatus illius supremi diei celebritate ... amburetur abiectus; Milo 86. acerbissimum eius supremum diem malim quam L. Cinnae dominatum; Phil. I, 34. placere eum quam amplissime supremo suo die efferi; ib. IX, 16.

D. summus: A. **bei Substantiven:** alqd: neque hoc tanto opere querendum videretur, haec summa in illis esse; Quinct. 2. in quo summa sint omnia; imp. Pomp. 13. summa .. omnia sunt, .. sed ea magis ex aliorum contentione ... intellegi possunt; ib. 36. in uno Cn. Pompeio summa esse omnia; ib. 51. illa .. certe, quae (in me) summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio; Arch. 13. certe haec in illa causa summa omnia fuerunt; Milo 19.

Digitized by Google

acerbitas: quid .. potest dicere cur ista editio non summam habebat acerbitatem? Planc. 39.

aequitas: qui summa aequitate et sapientia ius dixit; Tull. 8.

aestas: cum vere aestas summa esse coeperat; Verr. V, 29. nam aestate summa ... domo sua regia ... contentus non fuit; ib. 80.

alacritas: frequentia vestrum ... et alacritatem mihi summam defendendae rei publicae adfert et spem recuperandae; Phil. IV, 1.

ambitio: hic magistratus a populo summa ambitione contenditur; Verr. II, 131.

amentia: cum ... singularis audacia ostenda tur necesse est, neque audacia solum, sed summus furor atque amentia; Sex. Rosc. 62. ut summus furor atque amentia consequatur; ib. 66.

amicus: „summum amicum, summo in bello, ... summo ingenio praeditum!" Sest. 121.

amor: rem publicam ... deorum .. summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculis meis ... vobis conservatam ... videtis; Catil. III, 1. qui nuper summo cum imperio fuerit, summo autem in amore esse ... non potuerit; Flacc. 18. nimiae pietatis et summi amoris in patriam vicissim nos poenas ... sufferamus; ib. 96. qui ... propter summam familiaritatem summumque amorem in patrem tuum ... patris tuis periculis commovebatur; Sulla 12. hoc ... summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod ... malui; Sest. 49.

amplitudo: ut ... summa .. amplitudine dignus putarere; Muren. 16. ſ. auctoritas; Sex. Rosc. 2.

angustiae: qui hunc in summas angustias adductum putaret; Quinct. 19.

aratores: Agyrinensis est in primis honesta Siciliae civitas hominum ante hunc praetorem locupletium summorumque aratorum; Verr. III, 67. at quorum hominum (civitas)? summorum aratorum; ib. 75. amandat hominem ... quo? ... ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos, summos aratores; ib. V, 70.

ars: in quibus eburneae Victoriae, ... summa arte perfectae; Verr. IV, 103. idcirco illa in omni parte orationis summa || suae || arte aspergi videbatis; Balb. 56.

artifex: quod ... summus artifex ... egit ... meam causam; Sest. 120.

artificium: erat etiam Stesichori poëtae statua senilis, incurva cum libro, summo, ut putant, artificio facta; Verr. II, 87. in quo (sacrario) signa pulcherrima quattuor, summo artificio, summa nobilitate (erant); ib. IV, 4. in eis pocula quaedam ... Mentoris manu summo artificio facta; ib. 38. *erant* autem haec omnia antiquo opere et summo artificio facta; ib. 46.

avaritia: cum mittantur in orbem terrarum x viri summo cum imperio, summa cum avaritia; leg. agr. I, 9.

auctoritas: in quibus summa auctoritas est atque amplitudo; Sex. Rosc. 2. hoc initio est summa cum auctoritate usus; Verr. a. pr. 44. circumstant te summae auctoritates; ib. 52. summa hominum || hominis || auctoritas pretio superabatur; ib. I, 125. prudentissimi viri, summa auctoritate praediti, ... nomen Hieronicae legis mutare noluerunt; ib. III, 19. defendebat Xenonem homo summo splendore et summa auctoritate praeditus; ib. 55. nisi mecum ipse senex ... summa cum auctoritate esset locutus; ib. 62. cum hoc mihi primum Halaesae demonstravit in senatu Halaesinorum homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate praeditus; ib. 170. an M. Annii ... summa auctoritas paulo diligentiorem (te) ... fecerat? ib. V, 156. tamenne plus Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis hominum? Font. 16. quem ad modum hominem summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica praeditum ... retinere possemus; Caecin. 102. P. Quintilius Varus, homo summa religione et summa auctoritate praeditus; Cluent. 53. qui ... ad negotium exierunt, non maximis opibus neque summa auctoritate praediti; leg. agr. I, 8. tametsi (auctoritas tua) summa est; Muren. 16. „quippe" inquit „tu mihi summum imperium, summam auctoritatem ... petas?" ib. 74. adest vir summa auctoritate et religione et fide, M. Lucullus; Arch. 8. non .. pro meo reditu ... L. Diadematus consularis, summa auctoritate vir, (deprecatus est); Quir. 6. si M. Petrei ... non summa auctoritas apud milites ... exstitisset; Sest. 12. qui excitatus .. summa auctoritate P. Servilii ... conlacrimavit vir egregius ac vere Metellus ..; ib. 130. vir summa auctoritate, summa eloquentia dixit ..; prov. cons. 45. quae comitia primum habere coepit consul .. omnibus in rebus summa auctoritate; Planc. 49. cum essent tales virtute, auctoritate, nobilitate summa viri; Phil. XI, 27. minus me commovit hominis summa auctoritas; Fr. C. 24.

audacia: instant atque urgent summo cum studio, summa cum audacia; Font. 44.

auxilium: ut illud summum auxilium maiestatis atque imperii ... de re publica tolleretur; Rabir. 2. curia, summum auxilium omnium gentium; Catil. IV, 2.

bellum: quorum summum quondam inter ipsos odium bellumque meministis; Phil. XI, 2. ſ. amicus.

beneficium: a quo summum beneficium acceperat; Verr. I, 124. ut ... crebras postea litteras ad socios de istius summis officiis in rem communem beneficiisque mitteret; ib. II, 172. hoc vix ab Apronio in summo beneficio ... impetratum est; ib. III, 115. a quo summum beneficium acceperant; ib. V, 48. est C. Curio, summis vestris beneficiis ..., summo ingenio et prudentia praeditus; imp. Pomp. 68. quem ... patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat; Flacc. 5 (ℨ. 31). cum hunc clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, ... a pedisequis conculcari iuberes; dom. 110. Q. Metellus Nepos nonne consul ... absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam? prov. cons. 22. *ut* (C. Caesar) ... summa in eam civitatem huius rogatu studia et beneficia contulerit; Balb. 43. summa in rem publicam merita beneficiaque eorum grata esse senatui populoque Romano; Phil. VI, 6.

benevolentia: omnium vicinorum summam esse in hunc benevolentiam confirmamus; Cluent. 198. quod .. summae benevolentiae est; Marcell. 34. summae benevolentiae indices falsi exstiterunt in amore simulato; Phil. XI, 5.

benignitas: summa est ... hominis in communem municipii rem diligentia, in singulos municipes benignitas, in omnis homines iustitia et fides; Cluent. 196. etsi me ... summa cum benignitate auditis; Sest. 31.

bona: quae non modo summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere; Marcell. 19. quae omnes docti atque sapientes summa ... bona esse dixerunt; Deiot. 37.

caerimonia: sacra Cereris .. summa maiores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt; Balb. 55.

caritas: cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuit || fuerit ||; Verr. III, 216. tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est; imp.

Pomp. 44. frumenti in summa caritate maximum numerum miseram; Planc. 64. nihil horum sine ... summa caritate vestri ordinis loquor; Rab. Post. 15.

castimonia: quae sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum fiant; Verr. IV, 102.

causa: ubi iste summae rei causaeque nocere nihil posset; Verr. I, 38.

celeritas: Sestius cum illo exercitu summa celeritate C. Antonium consecutus est; Sest. 12.

civis: quo fortissimum ac summum civem in invidiam homo castus ... vocaret; Sest. 93. qui (L. Vettius) ... confessus esset se ... mortem Cn. Pompeio, summo et clarissimo civi, ... offerre voluisse; Vatin. 24.

concordia: ad ea .. praesidia, quae habemus, iam accedent consules summa prudentia, virtute, concordia; Phil. III, 36.

coniunctio: cum (P. Apuleius) me pro summa nostra coniunctione et familiaritate liberare suspicione fascium vellet; Phil. XIV, 16.

consensus: eum .. summo consensu populi Romani consulem fieri videbat; Milo 25. ille quidem fructum omnis ante actae vitae ... maximum cepit .. summo consensu senatus; Marcell. 3. cum ... summo .. consensu militum veteranorum ... a gravissimis periculis populus Romanus defensus sit; Phil. III, 38.

consilium: ipse (Fonteius) ... in re militari .. summi consilii et maximi animi; Font. 41. in quo omnes ... summum consilium, summam gravitatem esse cognovistis; imp. Pomp. 68. est .. bonorum ... civium ... summum in consulibus imperium, summum in senatu consilium putare; Rabir. 3. hoc .. in bello L. Murenam legatum ... summi consilii ... cognitum esse defendimus; Muren. 34. pater eius, homo ... summi consilii, ... cum esset aeger ..; Sulla 34. summum est populi Romani populorumque et gentium omnium ac regum consilium senatus; dom. 73. qui (populus) numquam, ut tu, summi consilii gubernationem || quae numquam populus ab summi consilii gubernatione || auferre conatus est: Vatin. 36. (consules) sunt ... summo consilio; Phil. III, 2. turpe est summo consilio orbis terrae ... consilium intellegi defuisse; ib. VII, 19. P. Africanus ... dixit ... in fratre suo summam virtutem esse summumque consilium; ib. XI, 17. ſ. auctoritas; Caecin. 102.

constantia: non movit hominem summa gravitate summaque constantia; Sest. 88. summa constantia ad ea, quae quaesita erant, respondebat; Phil. I, 2. alterum (equitatum) in Macedonia Cn. Domitius adulescens summa virtute, gravitate, constantia a legato Syriaco abduxit; ib. X, 13.

consuetudo: qui iam cum isto summa consuetudine ... coniunctus esset; Verr. II, 172.

contentio: quae (pugna) cum rege commissa est et summa contentione pugnata; Muren. 34.

continentia: nisi eius ... summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero, nihil de poena recusabo; Planc. 3.

copia: cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est; Quinct. 8. multa pro tua summa copia ... dicendi ... dixisti; imp. Pomp. 52. erat .. Romae summa copia patronorum; Cluent. 109. non utar exemplorum copia, quae summa est; ib. 126. egit (P. Lentulus) causam summa cum gravitate copiaque dicendi; Sest. 107. qui (C. Piso) in summa copia optimorum adulescentium pari continentia ... reliquit neminem; Vatin. 26. in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adaequatus; Balb. 63.

crudelitas: summae nobis crudelitatis ... fama subeunda est; Patil. IV, 12.

cupiditas: si Atheniensium sacra summa cupiditate expetuntur; Verr. IV, 108.

cura: summa cura cum tuae tum multo etiam magis suae famae pepercisset; Verr. II, 49. haec omnia summa cura et diligentia recognita ... sunt; ib. 190. omnia .. provisa ... cum mea summa cura ... tum multo etiam maiore populi Romani ad summum imperium retinendum ... voluntate; Catil. IV, 14. „nisi laborem summa cum cura efferas“; Sest. 102

custodia: si meam in illum indulgentiam coniunctam cum summa custodia rei publicae laudare vere solebatis; Sect. 8.

dedecus: ei misero ... omnia vitae ornamenta per summum dedecus et ignominiam deripi convenire; Quinct. 64. utrum malit cervices Roscio dare an insutus in culeum || culeum supplicium parricidorum || per summum dedecus vitam amittere; Sec. Rosc. 30. cum maiores summum admisisse dedecus existimabant; ib. 111. sunt omnia cum summo dedecore tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita; Verr. III, 8. cum ... hic .. nihil possit offensionis accipere ... sine summo dedecore vitae et turpitudine; Cluent 10. velim existimes ... sententiam tuam .. cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus; Deiot 43. libidinosis, ... impuris, ... ebriis servire, ea summa miseria est summo dedecore coniuncta; Phil. III, 35.

deformitas: constat .. illam cum deformitate summa fuisse tum etiam senectute; Scaur. c. 4, § 6.

detrimentum: ut peccare sine summo rei publicae detrimento ac periculo non possitis; Verr. I, 22.

difficultas: ostendit se in summa difficultate esse numnaria; Verr. II, 69. id nunc, ... summa in difficultate navium, a C. Verre pretio adsecuti sunt; ib. V, 51.

dignitas: summam video esse in te ... dignitatem generis; Muren. 15. summa in utroque est honestas, summa dignitas; ib. 21. summa dignitas est in eis, qui militari laude antecellunt; ... summa etiam utilitas; ib. 24. cum ante me ... dixisset .. vir summa dignitate et diligentia et facultate dicendi, M. Crassus; ib. 48. non accusares ... prudentissimum hominem, summa dignitate atque honestate praeditum; ib. 64. in quo summa est dignitas; ib. 76. numquam .. existimavi .. D. Laelium, ... optima .. spe praeditum summae dignitatis, .. suscepturum accusationem; Flacc. 2. qui (ordines) praesunt iudiciis summa cum gravitate ea dignitate; Sulla 64. cum Q. Metelli ... summa dignitas ... rei publicae subvenisset; sen. 5. quod si ipsius summa dignitas maximaeque res gestae non satis valerent; Quir. 6. videbam ... celerem mihi summa cum dignitate reditum; dom. 64. eam (dignitatem) semper in M. Caelio habitam esse summam; Cael. 3. sin autem multorum virtus ... consecuta est .. summam laudem, honores, gloriam, dignitatem; Balb. 18. quo modo ... T. Coponius, civis .. summa virtute et dignitate, ... civis Romanus est factus? ib. 53. et tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti et ego Rhodi non minore; Planc. 84.

diligentia: qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia; Quinct. 61. postquam isti intellexerunt summa diligentia vitam Sex. Roscii custodiri; Sex. Rosc. 28. „Cn. Trebellius homo summa religione et diligentia;“ Verr. a. pr. 30. contra summus labor in publicis privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia; ib. II, 7. vos pro mea summa ... in re publica diligentia moneo ..; Muren. 86. horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis, summa tribunorum plebis praetorumque fide et diligentia sublevati; sen. 18. ſ. benignitas;

Cluent. 196. cura; Verr. II, 190. Catil. IV, 14. dignitas; Muren. 113.

disciplina: ſ. ingenium; Verr IV, 48.

discrimen: quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur; imp. Pomp. 12.

dolor: quae videre sine summo animi dolore non poterat; Cluent. 16. a quibus cum summo dolore divellitur; dom. 98. cum abesse ab ea (patria) sine summo dolore non possem; Sest. 49. vos illum sine dolore summo videbitis? Phil. V, 29. sine animi summo dolore (a te dissentire) non possum; Phil. VIII, 17.

dux: summis ducibus ... civitatis discordiis ac rei publicae calamitate consumptis; Font. 42. si L. Afranium, summum ducem, ... res publica tenere potuisset; Phil. XIII, 29.

egestas: fuit Avillius quidam Larino perdita nequitia et summa egestate; Cluent. 36. hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti ... insolentia commovebuntur; leg. agr. II, 97.

elegantia: qui cum summa elegantia atque integritate vixistis; Sulla 79.

eloquentia: erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas; Muren. 58. tribunus militum L. Philippus, summa nobilitate et eloquentia, quaestor C. Caelius ... facti non sunt ..; Planc. 52. ſ. auctoritas; prov. cons. 45.

existimatio: si qua enim sunt privata iudicia summae existimationis; Qu. Rosc. 16. homo summa nobilitate, existimatione, virtute; Verr. II, 102. quod videretur ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere; Caecin. 6.

exspectatio: cum summa voluntate et exspectatione populi Romani actor accessi; Verr. a. pr. 2. erat ... summa exspectatio; ib. II, 74. exspectatio summa hominum quidnam id esset; ib. V, 16. summa omnium exspectatio quidnam sententiae ferrent ... iudices; Cluent. 75. summa cum exspectatione concurritur; leg. agr. II, 13.

facinora: duo sunt .. crimina una in muliere summorum facinorum; Cael. 51.

facultas: Romae sibi summam facultatem esse; Quinct. 16. qua re intellegatur summam sibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi; Sex. Rosc. 94. ut ... mihi summa facultas ad accusandum daretur; Verr. II, 178. sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates; Flacc. 104. ſ. copia; Quinct. 8. dignitas; Muren. 48.

familia: (dicet populus) praeposuisse se Q. Catulo, summa in familia nato, ... Cn. Manlium; Planc. 12.

familiaritas: qui .. me ipsum pro summa familiaritate, quae mihi cum patre eius erat, unice diligebat; Sest. 29. P. Apuleius, homo ... mihi .. summa familiaritate coniunctus; Phil. VI, 1. quicum profecto, si quid interesse tua putasses, pro summa familiaritate nostra communicasses; ib. XI, 23, ſ. amor; Sulla 12. coniunctio.

fides: opportune adest homo summa fide ... praeditus, L. Plaetorius; Cluent. 165. quos viros! non solum summa virtute et fide ... sed etiam ..; Sulla 42. quod in homine summam fidem probitatemque cognosset; Vatin. 38. ſ. auctoritas; Arch. 8. benignitas; Cluent. 196. continentia. diligentia; sen. 18. eloquentia; Muren. 58.

formido: quis dubitet quin servorum animos summa formidine oppresserit? Verr. V, 14.

fortuna: in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut ...; Balb. 9.

fraus: si ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est; Quinct. 56. is per summam fraudem et malitiam et perfidiam HS 1000 appetiit? Qu. Rosc. 23.

frequentia: tabulas in foro, summa hominum frequentia, exscribo; Verr. II, 189. haec cum maxime summa hominum frequentia testificaretur; ib. V, 17.

furor: id, quod cum summo furore cupiunt; Catil. II, 19. ſ. amentia.

genus: ſ. beneficium; dom. 110.

gloria: qui (M. Cato) ... usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit; Verr. V, 180. quae (gloria) vobis ... summa ... tradita est; imp. Pomp. 6. Reginos credo ... id huic summa ingenii praedito gloria (largiri) noluisse! Arch. 10. M. Marcellus, ... summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari; Piso 44. qui ea lege vivit, ut ... cum summa interfectoris gloria interfici possit; Phil. I, 35. quis esset tam amens qui maximis laboribus ... ad summam laudem gloriamque contenderet? ib. XIV, 32. ſ. dignitas; Balb. 18.

gradus: ut pater, ut avus, ut maiores eius ... summum in praefectura florentissima gradum tenuerint et dignitatis et gratiae; Planc. 32. amplissimae tibi fortunae sunt, summus honoris gradus; Phil. X, 4.

gratia: qui C Matrinium .., summa virtute hominem, summa industria, summa gratia, Leontinis in publico biduum tenuit; Verr. III, 60. torque donasti ... M. Castricium, summo splendore, ingenio, gratia praeditum; ib. 185. magnus dicendi labor, ... summa autem gratia; Muren. 29. quis L. Philippum summo ingenio, opibus, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitratus est? ib. 36.

gratulatio: in suis antiquis sedibus summa cum gratulatione civium et laetitia reponitur; Verr. IV, 74.

gravitas: qui et summa gravitate et iam id aetatis et parens esset; Verr. I, 66. multitudinem Iudaeorum ... prae re publica contemnere gravitatis summae fuit; Flacc. 67. ille erat summa modestia et gravitate censor; dom. 130. si aliquid de summa gravitate Pompeius ... remisisset; Phil. XIII, 2, ſ. consilium; imp. Pomp. 68. constantia; Sest. 88. Phil. X, 13. copia; Sest. 107. dignitas; Sulla. 64.

gubernatores: etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent; Phil. VII, 27.

hiems: erat hiems summa; Verr. IV, 86. cum exercitus vestri numquam a Brundisio nisi hieme summa transmiserint; imp. Pomp. 32.

homines: cum ... legatorum decem summorum hominum dignitas ... intercederet; Verr. II, 40. quam multi sunt summi homines et ornatissimi ..., quorum pro salute se hic Sullae obligavit! Sulla 72. sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia ... arte constare; Arch. 18. quod (ingenium) summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis; ib. 31. multi ... summi homines et clarissimi cives fuerunt, quorum ..; Cael. 43. cum ego omnium meorum ... factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda; prov. cons. 20. laudatores ad hoc iudicium, summos homines ac nobilissimos, deprecatores huius periculi missos videtis; Balb 41. honorum gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriae dispares; Planc. 60. de Theopompo, summo homine, negleximus; Phil. XIII, 33.

honestas: summa cum honestate vivemus; Cluent. 159. ſ. dignitas; Muren. 21. 64.

honos: ut ... ad eundem summus honos quoque perveniret; Quinct. 14. et est et fuit tota Graecia summo propter ingenium honore et nomine; Verr. II, 87. qui a me pro ... summis .. honoribus, quos a populo Romano adeptus est.

honoris causa nominatur; Cluent. 118. qua re dignus vestro summo honore sim; leg. agr. II, 2. is potissimum summo honore adfecto defensor daretur, qui ..; Muren. 4. adficiebatur summo honore; Arch. 6. qui ad delendum senatum ... se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris atque imperii ornatos esse arbitrabantur; Sest. 17. ad gloriam devocant (Caesarem), ... ad summum honorem senatus; prov. cons. 29, vidit (pater tuus) ... L. Volcatium, vidit M. Pisonem summos a populo Romano esse honores adeptos; Planc. 51. huic summi honores et exquiruntur et parati sunt; Phil. V, 49. huic se etiam summis honoribus usi ... venditabant; ib. VIII, 28. ſ. dignitas; Balb. 18.

ignominia: quid autem potest esse in calamitate residui quod non ad miseros aratores isto praetore per summam iniuriam ignominiamque pervenerit? Verr. III, 226. ſ. dedecus; Quinct. 64.

imperator: ille vir clarissimus summusque imperator, M. Marcellus; Verr. V, 84. triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo ... summi imperatores; imp. Pomp. 8. in summo imperatore quattuor has res inesse oportere; ib. 28. qui ... miles in exercitu fuit summi imperatoris; ib. non .. bellandi virtus solum in summo ... imperatore quaerenda est; ib. 36. inter hos agros [regios] captos ... virtute summorum imperatorum; leg. agr. II, 51. summo imperatori [L. Lucullo] legatus fuit; Muren. 20. bellum Cretense ... una cum summo imperatore sustinuit; Flacc. 6. Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Accii ... carminibus templorum ... aditus exornavit suorum; Arch. 27. hic (Tigranes) ... ab Lucullo, summo viro atque imperatore, † pulsus; Sest 58. haec sunt praesidia Cornelii: ... labor, adsiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore; Balb. 6. habetis imperatorum summorum .. interpretationem iuris ac foederum; ib. 52. quid cessat hic homullus ... dare haec praeclara praecepta sapientiae clarissimo et summo imperatori, genero suo? Piso 59. „tuae dicis .. togae summum imperatorem esse cessurum“; ib. 73. multas .. iam summorum imperatorum clarissimas victorias aetas nostra vidit; Milo 77. Cn. Pompei summi imperatoris ... gestum est subsidiis; Fr. A, III, 8.

imperium: erit tum consul Hortensius cum summo imperio et potestate; Verr. a. pr. 37. vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines ..; ib. II, 10. quorum in bona liberosque summum imperium potestatemque haberet; ib. III, 45. qui ... summum imperium obtineret; ib. V, 134. quacumque velint summo cum imperio iudicioque rerum omnium vagari ut liceat, conceditur; leg. agr. II, 34. [ut volitaretis interea per gentis ... cum imperio summo]; ib. 99. „qui (populus) te ... tam mature ad summum imperium ... extulit“; Catil. I, 28. quem nuper summo cum imperio libentissime viderit; Muren. 89. ei summi imperii nomine armati totam rem publicam contrucidaverunt; Sest. 24. omnes ... cives summae rei publicae a consulibus atque a summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur; ib. 25. numquam haec urbs summo imperio domicilium ac sedem praebuisset; prov. cons. 34. quoniam quidem est hoc summi imperii, nosmet ipsos de nostris rebus iudicare; Fr. B, XVI, II, 2. ſ. amor; Flacc. 18. avaritia. auctoritas; Muren. 74. consilium; Rabir. 3. cura; Catil. IV, 14. honos; Sest. 17.

improbitas: ut excusatione summae stultitiae summae improbitatis odium deprecetur; Caecin. 30.

impudentia: an ... impudentiam summam ... putabimus in verborum errore versari? Caecin. 50.

indignitas: ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa videatur; Vatin 15.

indoles: (est) summa in filio spes, summa ingenii indoles summaque virtus; Phil. XI, 33.

industria: cognoscetis Entellinorum, hominum summi laboris summaeque industriae, dolorem et iniurias; Verr. III, 103. dilectus habitus in Macedonia est summo Q. Hortensii studio et industria; Phil. X, 13. ſ. gratia; Verr. III, 60.

infamia: summam illi iudicio invidiam infamiamque esse conflatam; Cluent. 79. dignitas hominis ... summam mihi superbiae crudelitatisque infamiam inussisset, si ..; Muren. 8.

ingenium: ille requisisse etiam dicitur Archimedem illum, summo ingenio hominem ac disciplina; Verr. IV, 131. video summi ingenii causam esse; Caecin. 5. consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Arch. 30. eadem cupiditate vir summo ingenio praeditus, C. Cotta, nullo certo hoste flagravit; Piso 62. alterum Crassum ... num ... summo ingenio praeditus M. Antonius potuit imitari? Scaur. c. 3, § 2. L. Cotta, vir summo ingenio summaque prudentia, ... supplicationem decrevit; Phil. II, 13. alter Caesar Vopiscus ille summo ingenio, summa potentia ... solvatur legibus; ib. XI, 11. ſ. amicus. auctoritas; Verr. III, 170. beneficium; imp. Pomp. 68. gratia; Verr. III, 185. Muren. 36.

iniuria: qui si summam iniuriam ab illo accepisti; div. Caec. 60. ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patriis conetur evertere; Verr. I, 135. privata bona populi nomine per summam iniuriam esse erepta; ib. II, 47. cum senatores summis iniuriis adficis; ib. III, 96. patiemini, ... ab his per summam iniuriam ... plus aliquanto ablatum esse quam natum est ‖ sit ‖ ? ib. 102. qui se fateatur maximas pecunias cum summa sociorum iniuria cepisse; ib. 221. hoc certe unum genus infinitae pecuniae per summam iniuriam cogendae nullo modo posse reprehendi; ib. 223. quo genere ab sociis maxima pecunia per summam iniuriam auferatur; ib. 224. prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere et prohibiti summa iniuria; Ligar. 24. ſ. ignominia.

innocentia: quod erat summa innocentia et integritate; Qu. Rosc. 26. ſ. continentia.

inopia: summam .. inopiam rei frumentariae (fuisse) ... nemo negat; dom. 12. ſ. caritas; imp. Pomp. 44.

integritas: eam summa integritate pudicitiaque existimari; Verr. I, 64. ſ. elegantia. eloquentia; Muren. 58. innocentia.

invidia: quod omnia iudicia difficillima cum summa sua invidia maximoque periculo P. Quinctii fieri mallet; Quinct. 85. in summam .. L. Quinctius invidiam .. eum ... adduxerat; Cluent. 103. ſ. infamia; Cluent. 79.

iudicium: ſ. imperium; leg. agr. II, 34.

ius: qui ... non heredem ... certiorem faceret ... aut summo iure experiretur; Quinct. 38. id quod summi iuris est; Verr. III, 192. non agam summo iure tecum; ib. V, 4. ne summo iure egisse ... videatur; Caecin. 10. si contra ... summo iure contenditur; ib. 65.

iustitia: ſ. benignitas; Cluent. 196.

labor: qui tamen Panurgum illum ... summo cum labore, stomacho miseriaque erudiit; Qu. Rosc. 31. accedit etiam ille mihi summus labor ..; leg. agr. II, 6. qui nullo praemio proposito ... summos labores ... suscepit; Sest. 86. defendo fortem ... virum, magni animi, summi laboris, optimi consilii; Fr. A, III, 13. ſ. diligentia; Verr. II, 7. industria; Verr. III, 103.

laetitia: ut summa in laetitia illud dolerem; Sest. 131. ſ. gratulatio; Verr. IV, 74.

laus: te intelleges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio et culpae dedisse; Sex. Rosc. 48. alia sunt tua facta atque consilia summa laude digna; Verr. III, 212. quod ... in suasione legis Serviliae summis ornat senatum laudibus; Cluent. 140. Maximi .. summa laus est ..; Vatin. 28. eum summis laudibus extulisti; ib. 41. quid .. est cur non potius ad summam laudem huic quam ad minimam fraudem Caesaris familiaritas valere debeat? Balb. 63. tua ... est ... summa laus, quod ..; Marcell. 20. ea .. erat ... summa laus consularium; Phil. VIII, 30. * adulescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata; Fr. B, VI, 2. ſ. dignitas; Balb. 18. gloria; Phil. XIV, 32.

liberalitas: nisi C. Caesaris summa in omnis, incredibilis in hunc [eadem] liberalitas exstitisset; Rab. Post. 41.

libertas: nos liberi, in summa [populi Romani] libertate nati; Deiot. 34.

locus: quo in summo (loco) est aequata agri planities; Verr. IV, 107. is habuit in matrimonio Caesenniam ... summo loco natam; Caecin. 10. qui summum locum civitatis .. non potuerunt ascendere; Cluent. 150. quam civitatem quidam hic nati et summo loco nati ... urbem hostium esse iudicaverunt; Catil. IV, 16. L. Natta, summo loco adulescens; Muren. 73. cum Licinia, virgo Vestalis, summo loco nata, ... aram ... sub Saxo dedicasset; dom. 136. si (Plancius) esset summo loco natus; Planc. 60. quosdam etiam senatores, summo loco natos, ... cum † maeciapella saepe videmus; Rab. Post. 26.

maeror: ad quem summus maeror morte sua veniebat; Quinct. 14.

magistratus: Dionysiarchum ad se proagorum, hoc est, summum magistratum, vocari iubet; Verr. IV, 50. in ea (statua) Sopatrum, hominem ... summo magistratu praeditum, divaricari ... iubet; ib. 86.

malitia: ſ. fraus.

memoria: Caesar, adulescens summa pietate et memoria parentis sui; Phil. XIII, 47.

mendacitas: cum viderent ... hunc in summa mendicitate esse; Sex. Rosc. 86.

meritum: video ... neminem ... cuius non exstet in me summum meritum; Planc. 2. si (Cn. Plancii erga me merita) essent summa; ib. 4. ſ. beneficium; Phil. VI, 6.

metus: metus erat summus; Verr. IV, 51. sese .. cum summa religione tum summo metu legum et iudiciorum teneri; ib. 75.

miseria: ſ. dedecus; Phil. III, 35. labor; Qu. Rosc. 31.

modestia: vir ... summa religione ac modestia, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum (nonne civitate donavit)? Balb. 50. ſ. gravitas; dom. 130.

necessitudo: mihi ... cum altero ... summa utriusque officiis constituta necessitudo; Cluent. 117. quocum ... summam .. necessitudinem (mihi) magna eius officia in me ... effecerunt; Deiot. 39.

neglegentia: restat, ut aut summa neglegentia tibi obstiterit aut unica liberalitas; Quinct. 41. ut ... te summae neglegentiae ... convictum esse fateare; Sulla 44.

nequitia: quos in summa nequitia non solum libido ..., verum etiam ipsius nequitiae fama delectat; Verr. II, 115. eam provinciam ... ad summam stultitiam nequitiamque venisse; ib. V, 38.

nobilitas: Sthenius est hic qui adsidet, Thermitanus, antea multis propter summam virtutem summamque nobilitatem ... notus; Verr. II, 83. summa nobilitas est, omnes honores; Phil. XIII, 8. quid? Metellus summa nobilitate ac virtute ... † legis deiectus est ratione an ..? Fr. B, VI, 2. possessionem ... P. Scipioni adulescenti summa nobilitate eximia virtute praedito non dedisset; ib. 18, b. ſ. artificium; Verr. IV, 4. auctoritas; Phil. XI, 27. eloquentia: Planc. 52. existimatio; Verr. II, 102. gratia; Muren. 36.

nomen: ſ. honos; Verr. II, 87.

odium: ſ. bellum; Phil. XI, 2.

officium: qui in vita sua rationem summi officii desideremus; Quinct. 55. hi rem ad virum primarium, summo officio ac virtute praeditum, ... deferunt; Verr. I, 135. venit homo summo pudore, summo officio; ib. 137. hoc ... me summi officii ratione impulsum coactumque suscepisse; ib. II, 118. omnia officia C. Septimii, Q. Valerii ... summa et in me et in rem publicam constiterunt; sen. 23. quod huius ipsius in illum ordinem summa officia quaesturae tribunatusque constabant; Planc. 24. ſ. beneficium; Verr. II, 172.

opes: qui ... summis opibus Sex. Naevium defendunt; Quinct. 7. summis opibus, summo studio potentissimorum hominum defendatur; Verr. I, 3. „quae (vis) summas frangit infirmatque opes"; Rab. Post. 28. qui ... semper hoc se summis opibus retinendum putaverunt; Fr. B, VI, 27. ſ. gratia; Muren. 36.

oratores: cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant; Sex. Rosc. 1.

ordo: agebat (causam T. Annius) per summum ordinem; Sest. 87. ut ... aditus .. in illum summum ordinem omnium civium industriae ac virtuti pateret; ib. 137. ut ... reliqui boni et locupletes omnes summum ordinem subsequantur; Phil. XIII, 23.

ornamenta: Q. Catulus, itemque summis ornamentis honoris ... praeditus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt; imp. Pomp. 51. confiteor summa in Laterense ornamenta esse; Planc. 63.

otium: in summo otio rediens a cena Romae occisus est; Sex. Rosc. 126. ad summum [Graecorum] otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati; Verr. I, 63. in summo otio fuit; ib. V, 8. quae (artes) sine summo otio non facile discuntur; Balb. 15. ut rem publicam constituas, eaque tu in primis summa tranquillitate et otio perfruare; Marcell. 27.

pars: quam ad summam (partem) theatrum maximum (est): Verr. IV, 119.

parsimonia: ſ. diligentia; Verr. II, 7.

pax: videtis ... eam (religionem) summa in pace praetoris populi Romani statuis praesidio non fuisse; Verr. II, 159.

peccatu: in quo homine nihil sit praeter summa peccata maximamque pecuniam; Verr. a. pr. 47.

perfidia: ſ. fraus; Qu. Rosc. 23.

periculum: reus ne elabatur summum periculum est; Verr. a. pr. 32. sine summo omnium periculo; Tull. 56. neque se id facere sine summo periculo posse arbitrantur; imp. Pomp. 12. quam (urbem) L. Lucullus ... summis obsidionis periculis liberavit; ib. 20. potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo rei publicae repudiari? Cluent. 136. non intellegis ... quot ex eis, qui vivunt, eodem crimine in summum periculum capitis arcessas? Rabir. 26. ut ... pericula summa nullo tumultu (sedentur); Catil. II, 28. sicut huius imperii dignitas in summo periculo civium postulabat; Muren. 6. multa ... de summis rei publicae periculis audivi; Sulla 14. qui ex summis periculis eripuerim urbem; ib. 27. vitae eius turpitudinem in summis eius periculis non insequebantur; ib. 81. rem maximam fuisse et

summi periculi ... nemo negat; dom. 18. summis .. in periculis eius viri auxilium implorasse rem publicam; ib. 26. numquam illum *in* illo summo timore ac periculo civitatis ... communem metum omnium ... sedare voluisse; Sest. 8. ſ. detrimentum. discrimen.

philosophus: cum summi philosophi Platonis ... librum de morte legisset; Scaur. c. 3, § 4.

pietas: alter fuit propugnator mearum fortunarum ..., summa virtute et pietate, C. Piso, gener; sen. 38. si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas; Phil. XIV, 6. ſ. continentia. gloria; Piso 44. memoria.

poëta: ut me pro summo poëta ... dicentem patiamini ... paulo loqui liberius; Arch. 3. summi .. poëtae ingenium ... exprimebat; Sest. 120. an vero M. ille Lepidus ... summi poëtae voce laudatus est, quod ..? prov. cens. 20. neque enim ille summus poëta noster Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatoriam voluit esse; Balb. 51.

potentia: ſ. ingenium; Phil. XI, 11.

potestas: qui summam potestatem habetis; Sex. Rosc. 29. cum summam ipse haberet potestatem; div. Caec. 35. qui summam potestatem haberet; Verr. IV, 141. L. Quinctius, homo summa potestate; Cluent. 79. omnis provincias obeundi ... summa potestas datur; leg. agr. II, 34. cum collegas tuos, summa potestate praeditos, negares liberos esse; dom. 110. cuius (populi Romani) est summa potestas omnium rerum; har. resp. 11. tantum in summa potestate rerum omnium modum ... tacitus praeterire nullo modo possum; Marcell. 1. ſ. imperium; Verr. a. pr. 37. III, 45.

praemia: quibus in rebus .. summa recte factis maiores nostri praemia ... proposita esse voluerunt; Cluent. 154. cum mihi summa et cotidie maiora praemia in re publica fore putabas; dom. 113.

praesidium: uti cum summum in veteribus patronis multis tum non nullum etiam in me praesidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur; div. Caec. 2. summum et firmissimum est illud communibus fortunis praesidium, .. ut ..; leg. agr. II, 103.

probitas: ſ. fides, Vatin. 38.

provincia: quem summa provincia exspectabat; Verr. IV, 42.

prudentia: hominem innocentem et summa prudentia praeditum nominas; Verr. III, 214. hominem summa prudentia clarum C. Cottam de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse; Fr. B, VI, 8. ſ. auctoritas; Verr. III, 170. beneficium; imp. Pomp. 68. concordia. ingenium; Phil. II, 13.

pudicitia: ſ. integritas.

pudor: ſ. officium; Verr. II, 137.

religio: fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum, ... summa atque antiquissima praeditum religione; Verr. IV, 72. qui sacris anniversariis apud eos ac summa religione coleretur; ib. 84. hos talis viros ... aliud de summa religione hoc tempore sensuros; dom. 3. quae vetustae, quae Persae, quae Syri ... semper summa religione coluerunt; har. resp. 28. ego .. omnes amicitias tuendas semper putavi summa religione; Fr. E, 2. ſ. auctoritas; Cluent. 53, Arch. 8. caerimonia. diligentia; Verr. a. pr. 30. metus; Verr. IV, 75. modestia; Balb. 50.

res: quibus initiis ac fundamentis haec || hae || tantae summis in rebus laudes excitatae sint; Sest. 5. ſ. causa; Verr. I, 38.

res publica: quod summa res publica in huius periculo temptatur; Sex. Rosc. 148. pertinet hoc ad summam rem publicam; Verr. II, 28. [a] quo uno (genere) et summa res publica et illa provincia maxime continetur; ib. 149. maximam rem, coniunctam cum summa re publica, ... per vos videri esse (dissolutam); Tull. 36. ad illa venio, quae ... ad summam rem publicam ... pertinent; Catil. I, 14. senatum consului de summa re publica quid fieri placeret; ib. III, 13. ne quid de summa re publica deminueretur; ib. IV, 13. sed quid ego ... de summa re publica taceo? Flacc. 94. quam (epistulam) ego ad Cn. Pompeium ... de summa re publica misi; Sulla 67. quod (maiores nostri) eosdem et religionibus deorum immortalium et summae rei publicae praeesse voluerunt; dom. 1. ut etiam summa res publica mihi domi fuerit gerenda; Planc. 66. quod quidem erat magnum, de summa re publica dissentientis in eadem consuetudine amicitiae permanere; Phil. II, 38. uti ... sententiae .. de summa re publica libere dici possint; ib. III, 37. senatum ad summam rem publicam pertinere arbitrari ..; ib. 38. quod summa re publica non haesit, id ab illo ipso tr. abiectum est, bonum autem quod summa re publica manet, in vestri ordinis * dis * fuit; Fr. B, VI, 6. ſ. imperium; Sest. 25.

salus: cui cetera summa cum salute rei publicae commissa sunt; imp. Pomp. 50. non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae; Catil. I, 11. cum summa rei publicae salute ... proficiscere ad .. bellum; ib. 33. de summa salute vestra populique Romani ... decernite diligenter; ib. IV, 24.

sapientia: in quo summa sapientia ... fuit; Rabir. 26. ſ. aequitas.

scelus: sine summo scelere P. Quinctium ... iugulare non potes; Quinct. 44. non intellegis .. quos homines et qualis viros .. summi sceleris arguas? Rabir. 26. neque me arbitrabar sine summo scelere posse ... defendere; Sulla 19.

senectus: cum (Marius) esset summa senectute; Quir. 19. quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Oresten, alter Pisonem adoptavit; dom. 35. memineram ... C. Marium, summa senectute, ... senile corpus paludibus occultasse demersum; Sest. 50. quem (Pleuratum) necasti verberibus summa senectute confectum; Piso 84. cum esset summa senectute et perdita valetudine; Phil. VIII, 31. ſ. deformitas; Scaur. c. 4, § 6. gloria; Verr. V, 180.

severitas: uterque ... in summa severitate versatur; Catil. IV, 7,

silentium: erat ... summum silentium; Verr. II, 74. neque moleste ferebant ... in foro silentium esse summum causarum atque iuris; ib. V, 31.

solitudo: prorsus ut vestro consessu et hoc conventu pro summa solitudine abuteretur; Sex. Rosc. 59.

spes: quo non in his ... spem summam habere P. Quinctius debeat; Quinct. 5. cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset; Milo 40. redimeret adulescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum; Phil. II, 46. ſ. indoles.

splendor: honesti homines et summo splendore praediti; Cluent. 198. quam doleo abesse ab huius iudicio L. Volusienum, summo splendore hominem ac virtute praeditum! ib. quid aut hic aut summo splendore praeditus frater eius de M. Caelio existimet; Cael. 24. ut ipse (Plancius) ... inter ornatissimos homines ... summo splendore fuerit; Planc. 32. ſ. auctoritas; Verr. III, 55. gratia; Verr. III, 185.

stomachus: ſ. labor; Qu. Rosc. 31.

studium: summo studio potentissimorum hominum defendatur; Verr. I, 3. quem non ille summo cum studio ... servavit? ib. V, 153. cum ... P. Furium accusaret summo studio bonorum omnium; Rabir. 24. si ... praedicere summo studio solent .. tempestatum rationem: Muren. 4. qui cum multa haberet invitamenta urbis et fori propter summa studia amicorum; Sulla 74. consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus; Sest. 87. quem ... summo studio defenderim; Rab. Post. 19. auctoritatem eius summo studio secuti sumus; Phil. I, 3. summo studio illius praeclara acta defendo; ib. 17. cum (D. Brutus) .. exercitum tantum ... summo studio municipiorum coloniarumque provinciae Galliae ... conscripserit; ib. V, 36. quod .. legio Martia atque quarta summo studio ... rem publicam ... defendant defenderint; ib. 46. ubi aedilitas delata summo studio bonorum (est)? ib. VI, 11. omnes ... summo .. cum studio nomina dant; ib. VII, 13. dilectus habitus in Macedonia est summo Q. Hortensii studio; ib. X, 13. senatum, quae sit .. pollicitus legionibus ... nostris, ea summo studio ... soluturum; ib. XIV, 38. ſ. audacia. beneficium; Balb. 43. industria; Phil. X, 13. opes; Verr. I, 3.

stultitia. ſ. improbitas. nequitia; Verr. V, 38.

supplicium: ut ... summo supplicio vilicum adficiat; Verr. III, 119. istum autem summo supplicio dignum existimabit; ib. aliquid de summo supplicio remitteres; ib. V, 168. ut ... Italia .. alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio adfixum videret; ib. 169. „non hunc ... summo supplicio mactari imperabis“? Catil. I, 27.

tempus: id ... prope divinitus datum atque oblatum vobis summo rei publicae tempore videtur; Verr. a. pr. 1. in summo et periculosissimo rei publicae tempore etiam ab inimicis eadem praetura laudabatur; Flacc. 6. quod C. Caesar ... summo rei publicae tempore milites veteranos ... conscripserit; Phil. V, 46.

timor: magnitudo periculi summo timore hominem adficit; Quinct. 6. huc accedit summus timor; Sex. Rosc. 9. in summo timore omnium; Cluent. 25. in summo .. timore quiescendum esse arbitrabatur; Deiot. 11. ſ. periculum; Sest. 8.

tranquillitas: nobis consulibus futuram summam .. tranquillitatem pacis atque otii; leg. agr. I, 24. ſ. otium; Marcell. 27.

turpitudo: ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset expers; Verr. II, 191. nam turpitudinem summam esse arbitrantur referri in tabulas publicas pretio adductam civitatem ..; ib. IV, 134. a Sex. Serrano sanctissima sacella ... summa .. turpitudine foedata esse nescimus? har. resp. 32. quae (lex) turpitudinem summam habeat; Phil. I, 21. ſ. dedecus; Cluent. 10.

ubertas: quantam (vilitatem annonae) vix in summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset; imp. Pomp. 44.

vertex: non ab imis unguibus usque ad verticem summum ... ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? Qu. Rosc. 20.

via: qui est in summa sacra via; Planc. 17.

vilitas: eodem tempore praetor Antonius denariis III aestimavit, post messem, summa in vilitate; Verr. III, 215.

homines: ut quodam tempore homines ... fusi per agros ac dispersi vagarentur; Sest. 91.

inimici: si consessum sit inimicis Cn. Pompei cum imperio ... non solum illis ‖ aliis ‖ in locis vagari; leg. agr. II, 54.

nomen: vagabitur modo tuum nomen longe atque late; Marcell. 29.

praedones: qui (praedones) tum ... toto mari dispersi vagabantur; Flacc. 30.

vagus, unſtät, unbeſtändig: alqs: cum vagus et exsul erraret; Cluent. 125.

fortuna: quam sit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna; Milo 69.

vita: ut cedamus, abeamus, vitam inopem et vagam persequamur; Phil. XII, 15.

valde, ſehr, ſtark: I. admurmuro: quam valda universi admurmuraverint ‖ admurmuraverunt ‖! Verr. V, 41.

ambio: te splendore et vetustate familiae fretum non valde ambiendum putasse; Planc. 12.

appropinquo: quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret; Sulla 54.

coacesco: quam valde eam (gentem) putamus tot transfusionibus coacuisse? Scaur. 43.

Digitized by Google

cogito: valde enim nobis ... de duobus nequissimis Graeculis cogitandum fuit; Phil. XIII, 33.

confido: videte quam valde malitiae suae confidat Timarchides; Verr. III, 155.

contemno: noli ludorum huius elegantiam et scenae magnificentiam valde contemnere; Muren. 38.

diligo: valde hercule te Syracusani tui ... diligunt; Verr. IV, 145. nam Trebellium valde iam diligit; Phil. VI, 11.

dissentio: ut mihi mirum videatur tam valde reliquum tempus ab illo uno die dissensisse; Phil. I, 5.

iaceo: quam valde illi iaceant, intellegere possumus; Catil. II, 25.

invideo: valde enim invidendum est eius statuis; Deiot. 34.

laboro: valde hercules vobis laborandum est; Phil. XII, 4.

probo: valde mihi probari potest; Phil. XI, 25.

II. bonus: explicat orationem sane longam et verbis valde bonis; leg. agr. II, 13. ut ait ingeniosus poëta et auctor valde bonus; Muren. 30.

calamitosus: minime timidum et valde calamitosum esse oportere eum; Muren. 50.

cognitus: cuiusdam hominis nobilis et valde in hoc largitionis quaestu noti || docti || et cogniti domum Catilinam et Antonium ... convenisse; Fr. B. VIII, 1.

indignus: eum casus in hanc consuetudinem scribendi induxit, philosopho valde indignam; Piso 71.

iniquus: cui me praeripere ... laudem ... valde est iniquum; har. resp. 6.

intemperanter: nimis iracunde hoc quidem et valde intemperanter; Phil. I, 12.

mirus: valde sit mirum; Verr. I, 117.

molestus: at istud ne ipsi quidem patri Flacci valde molestum esse debuit; Flacc. 77.

notus: ſ. cognitus.

pervagatus: res non modo non abhorrens a consuetudine sed usitata etiam || etiamnum || et valde pervagata || et vulgata || ; Scaur. 33.

severus: est ille quidem valde severus; Cael. 48.

venustus: Graecus facilis et valde venustus nimis pugnax ... esse noluit; Piso 70.

III. ex voluntate: illud etiam accidit praeter optatum meum sed valde ex voluntate; Piso 46.

valeo, ſtark, kräftig, geſund, wirkſam ſein, gelten, vermögen, mitwirken, Macht, Bedeutung, Einfluß haben: alqs: si valeres; Quinct. 82. valuit apud te plus is, qui pecuniam maiorem dedit; Verr. II, 78. quantum dicendi gravitate et copia valeat; imp. Pomp. 42. qui permultum classe ac maritimus rebus valuerunt; ib. 54. omnis Larinatis, qui valuerunt, venisse Romam; Cluent. 195. ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum aliqua ratione || alia ratione || valuerunt; leg. agr. II, 57. tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones, verum etiam ad evertendas perfrungendasque valuisti; Catil. I, 18. qua (exercitatione) semper valuit; ib. III, 11. expulsus regno tandem aliquando *Mithridates* tantum tamen consilio atque auctoritate valuit; Muren. 33. nihil valent gratia ipsi || gratia, ipsi || ; ib. 71. qui valuit tam diu, dum huc prodiret, mortuus est aculeo iam emisso; Flacc. 41. quasi vero ego ... in isto genere omnino quicquam aut curatione aut potestate valuissem; dom. 14. cum illo die minus valerem; ib. 15. nescit quantum auctoritate valeat; ib. 29. hic vero ... pro di immortales! quid est? quid valet? har. resp. 42. qui non tantum opibus valent; ib. 55. valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum; Sest. 105. ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent; Cael. 66. nemini ... concessit aequalium, ... plus ut valeret inter suos gratia; ib. 74. valebis apud hominem volitantem gloriae cupiditate vir moderatus et constans; Piso 59. quod me valuisse dico; Planc. 25. qui valebat ipse per sese; ib. tamen ipso nomine patrio valeret apud clementis iudices et misericordis; valeret, inquam, communi sensu omnium et .. commendatione naturae; ib. 31. longe plurimum valuit Plancius; ib. 49. cum minus valuissent suffragiis quam putassent; ib. 50. cum iam essent experti quid valerent; ib. 54. non valuit rebus isdem, quibus fortasse non nulli: at valuit adsiduitate, valuit observandis || adservandis || amicis, valuit liberalitate; ib. 67. quo minus me apud vos valere oporteret; ib. 82. qui cum videantur nec ingenio nec usu atque exercitatione rerum || usu rerum atque exercitatione || valere; Deiot. 7. qua (memoria) vales plurimum; ib. 42. sed, ut opinor, licet ei minus valere; Phil. I, 16. quo (consilio) vales plurimum; ib. VII, 27. utinam L. Caesar valeret, Servius Sulpicius viveret! ib. VIII, 22. auctoritate valemus plurimum; ib. XII, 13.

alqd: de utroque dicam et de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere; div. Caec. 11. quod tota Sicilia, quod omnes Siculi ... Romae sunt, nihilne id valebit? Verr. a. pr. 20. quae omnia ante istum praetorem ... valuerunt; Verr. II, 122. quod contra caput suum aut existimationem valere posset; ib. 123. quod in aliis causis debet valere et valet lege Aquilia; Tull. 11. id quod in teste profecto valere plurimum debet; Font. 27. re tamen erit unum et omnibus in causis idem valebit; Caecin. 59. sed perinde valebit quasi armatissimi fuerint; ib. 61. semper .. id valuisse plurimum; ib. 80. si ... non id, quod intellegitur, sed id, quod dicitur, valebit; ib. 81. quod ad laudem minus valebit; Rabir. 19. valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium; Muren. 59. id aeque valere debet ac si pater indicaret; Sulla 51. nihil de meo capite potuisse ferri, nihil esse iure scriptum || inscriptum || aut posse valere; dom. 68. populus Romanus ... municipiis civitatem ademit; ademit eisdem agros: de agris ratum est; ... de civitate ne tam diu quidem valuit; ib. 79. ne || nedum || valeat id, quod imperitus adulescens ... fecisse dicatur; ib. 139. quod non tam ad laudem adipiscendam quam ad vitandam vituperationem valet; prov. cons. 44. neque enim illud ad neglegendam meam gratiam debet valere; Planc. 82. illud Cassianum, „cui bono fuerit," in his || eis || personis valeat; Milo 32. ne haec quidem conligo, quae fortasse valerent etiam apud iudicem; Ligar. 30. haec neque hoc tempore neque in me valent; Phil. XII, 26.

accessio: quadraginta istorum accessio milium quid valet? Cluent. 87.

actio: ea (actio) si nihil valet aut si ad hanc rem non pertinet; Caecin. 40.

adulescens: quae maior calumnia est, quam venire imberbum adulescentem, bene valentem ac maritum ..? dom. 37.

adulescentia: fatebitur apud istum neque senectutem patris neque adulescentiam filii neque lacrimas utriusque plus [valuisse quam utilitatem salutemque provinciae; Verr. V, 22.

aequitas: apud quem non ius, non aequitas, non misericordia, non propinqui oratio, non amici voluntas, non cuiusquam auctoritas [pro pretio], non gratia valeret; Verr. I, 136. nihil valuisse aequitatem, nihil consuetudinem; ib. III, 60. si

Digitized by Google

voluntas et aequitas valeat; Caecin. 66. iuris rem et || retinere, al. || sententiam et aequitatem plurimum valere oportere; ib. 77.

aetates: neque census neque aetates neque cetera Siculorum iura valuisse; Verr. II, 120. ſ. excusationes.

amicitia, animus: ſ. excusationes.

amor: quid amor fraternus valeat; Scaur. 35.

ardor: quod si voltus C. Marii, si vox, si ille .. ardor oculorum, si recentes triumphi, si praesens valuit aspectus; Balb. 49.

arma: nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marii, sed exercitus atque arma valuerunt; Quir. 10. quam diu illa Sullani temporis arma valuerunt; dom. 79. metum credo valuisse et arma; Phil. II, 107.

aspectus: aspectus armatorum ad vim probandam valebit; incursus et impetus non valebit? Caecin. 45. ſ. ardor.

auctoritas; ſ. **auctoritas,** I. valet (18 St.) B. I, S. 334, b.

auspicia: ne auspicia valerent; Sest. 33.

beneficium: negabat hoc beneficium re ipsa sublata valere debere; Balb. 48.

blanditiae: tantum apud te quaestus Apronii, tantum eius sermo inquinatissimus et blanditiae flagitiosae valuerunt, ut ..? Verr. III, 65.

causa: ſ. **causa,** I, 1. valet (6 St.) B. I, S. 468, b.

census: ſ. aetates.

cives: valeant, .. valeant cives mei; Milo 93.

civitas: fuit quondam ita firma haec civitas et valens; har. resp. 60.

communio: multum valet communio sanguinis; Sex. Rosc. 63.

concordia: scis quanta sit manus, quanta concordia, quantum valeat in contionibus; Flacc. 66.

coniectura: nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem nihil ante actae vitae existimationem, nihil virorum bonorum testimonia, nihil civitatum auctoritates ac litteras; Verr. III, 146.

consensio: tamenne plus Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis hominum? Font. 16. ut nihil posthac auctoritas senatus, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum ... valeret; Rabir. 2.

consensus: quantum senatus auctoritas vesterque consensus apud Antonium valiturus esset; Phil. VI, 3. ſ. aequitas; Verr. I, 136.

consilium: quae (consilia) si valuissent; Phil. II, 27. quo quidem tempore si ... meum consilium auctoritasque valuisset; ib. 36.

crimen: quae in ipsum valebant crimina; Verr. I, 41. hoc crimen in istum valere oportere non arbitror; ib. III, 194. valeret hoc crimen in illa vetere severitate ac dignitate rei publicae; ib. V, 46.

dignitas: cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum; div. Caec. 64. itaque tantum vestra dignitas, tantum eximia consulis dignitas valuit; sen. 25. quod si ipsius summa dignitas maximaeque res gestae non satis valerent || valebant, al. ||; Quir. 6. ſ. manus.

disciplina: nisi nostri mores ac disciplina plus valeret quam dolor ac simultas; Flacc. 11.

doctrina: saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam; Arch. 15.

dolor: ſ. disciplina.

edictum: docebat edictum eius non oportere in eas hereditates valere; Verr. I, 125.

excusationes: illae valent apud me excusationes iniuriae tuae, iratus animus tuus, aetas, amicitia nostra; Sulla 47.

exercitus: ſ. arma; Quir. 10.

existimatio: ut horum existimationem et legem Remmiam putares aliquid valere oportere; Sex. Rosc. 55. ſ. coniectura.

facultas: quae (facultas) saepe valuit in consule deligendo; Muren. 24.

fama: quid mirum est in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse? Muren. 38.

familiaritas: quid enim est cur non potius ad summam laudem huic quam ad minimam fraudem Caesari familiaritas valere debeat? Balb. 63.

gratia: aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam; Muren. 63. valuit causa rogandi, non gratia; Planc. 25. ſ. aequitas; Verr. I, 136.

hasta: valeat hasta, valeant tabulae; Phil. II, 103.

homo: cum esset una Sassia eaque Sex. Albio quodam colono, homine valenti, ... familiarius uteretur; Cluent. 175. quo in fundo ... facile hominum mille versabantur valentium; Milo 53. verum tamen semel, circumsaeptus || circumsessus || lectis valentissimorum hominum viribus, cecidi sciens; Phil. XII, 24.

honos: qui honos ... ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem valet; Phil. V, 45.

imperium: ſ. consensio; Rabir. 2.

impetus: ſ. aspectus.

impudentia: si ... tantum in foro atque in iudiciis impudentia valeret; Caecin. 1.

incursus: ſ. aspectus.

ingenium: quod (ingenium) saepe ... valet tamen ipsum suis viribus; Cael. 45.

invidia: ut si qua est invidia in conservanda re publica suscepta, laedat invidos, mihi valeat ad gloriam; Catil. III, 29. valeat (invidia) in opinionibus ac sermonibus imperitorum; Cluent. 5. quae (invidia) in iudiciis valere non debet; ib. 201.

iudicium: an ... plus iudicium voluntatis valere quam sortis debeat; Verr. I, 41. ut docerem, quae facta postea iudicia de illo iudicio dicerentur, partim ruinae similiora ... fuisse, partim nihil contra Habitum valere; Cluent. 88. iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere; Muren. 60. ius valeat necesse est, id est, iudicia; Sest. 92. quin .. in eodem iudicia imperatorum valerent; Balb. 54.

ius: nec iuris consultis concedi nec ius civile in causis semper valere oportere; Caecin. 67. ſ. aequitas; Verr. I, 136. aetates. iudicium; Sest. 92.

lacrimae: facinus esse indignum, plus impudicissimae mulieris apud te de Cleomenis salute quam de sua vita lacrimas matris valere; Verr. V, 112. valebant preces et lacrimae nostrae; Milo 44.

lex: Siculorum nihil in hac re valuisse leges; Verr. II, 121. ut lex Aelia et Fufia ne valeret; sen. 11. ut lex Aelia, lex Fufia ne valeret; Sest. 33. si leges non valerent; ib. 86. ſ. existimatio; Sex. Rosc. 35.

lictores: haec cum maxime loqueretur, sex lictores circumsistunt valentissimi; Verr. V, 142.

litterae: ſ. coniectura.

manus: quod si aliquando alicuius furore et scelere concitata manus ista plus valuerit quam vestra ac rei publicae dignitas; Catil IV, 20.

memoria: de me ut (memoria) valeret || ut vita valeret ||, semper senatus flagitavit; Quir. 10. ſ. **memoria,** 1, 1. ſ. valet (5 St.) B. III, S. 131, b.

metus: qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam quam apud tris negotiatores metum valere; Verr. III, 188. ſ. arma; Phil. II, 107.

minae: ut plus apud vos preces virginis

Digitized by Google

Vestalis quam minae Gallorum valuisse videantur; Font. 49.

misericordia: ſ. aequitas; Verr. I, 136.

mores: ſ. disciplina.

mutatio: sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum sive ad deprecandum valebat; Sest. 32.

natura: quae (natura) plurimum valet; Rab. Post. 4. ſ. doctrina.

nomen: ut ordinis nomen non tantum ad honorem quantum ad ignominiam valeret; Verr. III, 97. apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse; ib. V, 165. in uno servolo familiae nomen non valere; Caecin. 55. an ... valebit in ‖ valebit ‖ iniuria nomen sanctissimum religionis: si tribunus plebis ... bona cuiuspiam consecrarit, non valebit? dom. 123. valeat fortissimi et clarissimi viri nomen aeternum; Balb. 49.

nuntii: multum apud illum recentis nuntios, multum tabellas non commendaticias, sed tributarias valuisse; Verr. IV, 148.

odium: at valuit odium; Milo 35.

omen: ut adhuc semper omen valuerit praerogativae ‖ omen praerogativum ‖; Muren. 38.

opinio: opinio plus valet saepe quam res ipsa; Scaur. 35.

oratio: quid in contione seditiosa valeat oratio; Flacc. 57. nihil cuiusquam proficiet nec valebit oratio; Phil. I, 35. ſ. aequitas; Verr. I, 136.

pecunia: ſ. metus.

pietas: multum etiam valuisse ad patris honorem pietas filiae videbitur; Phil. IX, 12.

poëtae: poëtam natura ipsa valere; Arch. 18.

praetor: praetor scilicet iussisset. opinor, si vellet, si valeret; Quinct. 82.

preces: sed video tamen apud te causas ... valere plus quam preces; Ligar. 31. ſ. lacrimae; Milo 34. minae.

prudentia: quae (prudentia) neque extra Romam usquam neque Romae rebus prolatis quicquam valet; Muren. 28.

puer: hora undecima cum (puer) valens in publico visus esset; Cluent. 27.

quaestura: ista quaestura ad eam rem valet; div. Caec. 62.

quaestus: ſ. blanditae.

querella: haec querella ... vestra quid valet? Ligar. 23.

quaerimoniae: ecquid apud vos querimoniae valerent antiquissimorum fidelissimorumque sociorum; Verr. II, 14.

ratio: ideo valet ista ratio aestimationis in Asia, valet in Hispania, valet in eis provinciis; Verr. III, 192.

religio: tamen in scelere religio non valeret; dom. 139.

res: ecquid hanc rem apud vos animosque vestros valere oporteat; div. Caec. 17. utrum ea res ad opem an ad calamitatem clientium atque hospitum valere debebat? Verr. IV, 89. quae res igitur valuit? Caecin. 53. sin illa res prima valuit; Sulla 81. valeant res gestae; Balb. 49. res loquitur ipsa .., quae semper valet plurimum; Milo 53. ſ. aequitas; Caecin. 77. dignitas; Quir. 6. opinio.

rex: qui rex ... tantum spe conatuque valuit ‖ tantam in spem conatumque convaluit ‖; Muren. 32.

salus: plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus et vera causa valuisset; imp. Pomp. 53. ſ. adulescentia.

satellites: his robustis et valentibus et audacibus xvirum satellitibus agri Campani possessio tota tradetur ‖ tradatur ‖; leg. agr. II, 84.

senatus: in qua civitate nihil valeret senatus; Quir. 14.

senectus: ſ. adulescentia.

sententia: quae sententia si valuisset; Phil. II, 38. itaque haec sententia .. sic per triduum valuit; ib. VI, 3. ſ. aequitas; Caecin. 77.

sermo: ſ. blanditiae. fama.

simultas: ſ. disciplina.

suspicio: quae quidem suspicio valuit etiam plus ob hanc causam; Scaur. 11. ſ. coniectura.

tabellae: ſ. nuntii. — tabulae: ſ. hasta.

testimonia: ſ. coniectura.

timor: multo plus valebat periculorum impendentium timor; Milo 34.

triumphi: ſ. ardor.

vacationes: quod bello vacationes valent, tumultu non valent; Phil. VIII, 3.

verbum: verba si valent; Caecin. 60. quam verba nihil valeant; ib. 62. cum illud verbum UNDE in utramque rem valeat; ib. 89.

veritas: certe .. apud te et hos, qui tibi adsunt, veritas valebit; Quinct. 5.

viri: reliquit quos viros! ... quam valentis! Catil. II, 4. ſ. alqs; Piso 59.

virtus: ceterae tamen virtutes ipsae per se multum valent; Muren. 30. quid denique virtus valeret; Sest. 60.

vis: vestra vis valuit; Milo 85.

vita: valeat (vita) *et* ad poenam et ad salutem plurimum; Sulla 79.

voltus: ſ. ardor.

voluntas: quae (voluntas) cum per se valet multitudine; Muren. 38. passus est plus unius conlegae sui quam universae civitatis vocem valere et voluntatem; Fr. B. VI, 14. ſ. aequitas; Verr. I, 136. Caecin. 66.

vox: multum haec vox fortasse valere deberet eius hominis; Sulla 14. valeat tua vox illa, quae vicit; Ligar. 33. ſ. ardor. voluntas; Fr. B, VI, 14.

utilitas: ſ. adulescentia.

valetudo, Geſundheit, Befinden, Unwohlſein: I. est: bona valetudo iucundior est eis; Quir. 4.

II, 1. servio: per quem hominibus maioribus natu ne in suis quidem praediis impune ... liceat esse valetudinique servire; Fr. B. XIII, IV, 2.

2. sum: erat illo tempore infirma valetudine Habitus; Cluent. 47. quacumque aut aetate aut valetudine esset; sen. 28. cum esset summa senectute et perdita valetudine, Phil VIII, 31.

3. accedo ad: si ad gravem valetudinem labor accessisset; Phil. IX, 2.

III, 1. commodum: quibus .. contra valetudinis commodum laborandum est; Muren. 47.

eventus: casus dumtaxat humanos et incertos eventus valetudinis ... extimesco; Marcell. 22.

excusatio: nemo sibi nec valetudinis excusationem nec senectutis satis iustam ullam putavit: Sest. 112. excusatione te uti valetudinis; Piso 13.

imbecillitas: cuius imbecillitatem valetudinis animi virtus et spes victoriae confirmavit; Phil. XIV, 4.

motus: si vero ad humanos casus incertosque motus valetudinis sceleris etiam accedit insidiarumque consensio; Marcell. 23.

ratio: unius cuiusque temporis, valetudinis, facultatis ad agendum ducta ratio est; div. Caec. 16.

2. homo: cecidisse de equo dicitur et homo infirma valetudine latus offendisse vehementer: Cluent. 175.

IV. per: qui per valetudinem exsequi cladem illam fugamque potuissent; Phil. II, 54.

vallis, Thal: peragravi ... durissima quidem hieme vallis Agrigentinorum atque colles; Scaur. 25.

Digitized by Google

vallo, ſchützen, umgeben: alqm: Catilinam interea alacrem atque laetum, stipatum choro iuventutis, vallatum indicibus atque sicariis ... (animadvertebant); Muren. 49.

corpus: eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt; Tull. 49.

ius: ius legatorum, cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam divino iure esse vallatum; har. resp. 34.

Pontum: populus enim Romanus aperuit ... Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura ... vallatum; Arch. 21.

vallum, Wall, Schutzwehr: I. obicio, oppono: cuius ego imperium, non Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum ... obicio et oppono; Piso 81.

II. circumsedere: quem vallo circumsedeat ‖ circumsedet ‖; Phil. X, 10.

valvae, Thürflügel, Thür: I. patent: cur valvae Concordiae non patent? Phil. II, 112.

sunt: valvas magnificentiores ... nullas umquam ullo in templo fuisse; Verr. IV, 124. ſ. II, 1. relinquo.

II, 1. effringo: postea convolsis repagulis effractisque valvis demoliri signum ac vectibus labefactare conantur; Verr. IV, 94.

facio: ſ. relinquo.

operio: opertis valvis Concordiae ... patres conscriptos sententias dicere; Phil. V, 78.

relinquo: itaque eius modi valvas reliquit, ut, quae olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad cludendum factae esse videantur; Verr. IV, 124.

2. aufero ex: bullas aureas omnis ex eis valvis .. non dubitavit auferre; Verr. IV, 124.

commemoro de: iam vero quid ego de valvis illius templi commemorem? Verr. IV, 124.

sum in: ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis; Verr. IV, 124.

III. cupidus: illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum fuisse; dom. 60.

IV. pulchritudo: quam multi Graeci de harum valvarum pulchritudine scriptum reliquerint; Verr. IV, 124.

V. ante: quae (signa) multos annos ante valvas Iunonis Samiae steterunt; Verr. I, 61.

vanitas, Unwahrheit, Lügenhaftigkeit: est: quaero quae tanta in te vanitas, tanta levitas fuerit; Vatin. 40. cuius tanta vanitas est; Scaur. 38.

vanus, grundlos, unwahr: I. alqs: iste ... vanum se et perfidiosum et impium esse fateatur; Quinct. 26.

oratio: qui (homines) ... orationi vanae crediderunt; Sex. Rosc. 117. quid? ergo ‖ quid ergo ‖ inimici oratio, vana praesertim, ... me movit? Sest. 40.

II. polliceor: cum tibi ... vana quaedam miser atque inania ... pollicebar; Planc. 101.

varie, mannigfaltig, verſchieden: decerno: postea decernitur ac non varie, sed prope cunctis sententiis; Verr. IV, 145.

dico: quae ... quam varie et quam copiose dicantur, exspectare nolite; Verr. III, 11.

diffundo: numerus ... huius generis late et varie diffusus est; Sest. 97.

obicio: obiectus est pater varie; Cael. 3.

praedor: quam varie, quam improbe praedatus esset; Verr. II, 133.

tracto: denique omnis accusatio varie graviterque tractata ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est; Cluent. 50.

varietas, Mannigfaltigkeit, Verſchiedenheit, Unbeſtändigkeit: I. est: quae varietas decretorum (fuerit); Verr. I, 120. nulla varietas est inter homines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermonis; Flacc. 96. quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas et inconstantia et crebra ... commutatio; dom. 4. quae sit multitudo in foro, quae genera, quae studia, quae varietas hominum videtis; Cael. 21. quae enim in L. Crasso potuit ... maior esse ubertas, varietas, copia? Balb. 3. nulla erit posthac varietas comitiorum; Planc. 15.

facit: ita fidem maiorem varietas ipsa faciebat; Scaur. 40.

II, 1. cogito: cum cogitet varietatem libidinemque decretorum ‖ tuorum ‖; Verr. III, 6.

do: multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit; Cael. 41.

habeo: quae (causa) ... iucunditatis in agendo et varietatis minus habebit; Verr. III, 10.

2. sum: erat (candelabrum) ... ea varietate operum, ut ..; Verr. IV, 65.

3. consto ex: quae (provincia) ex hac generum varietate constaret; Font. 13.

divello a: cum a tot rerum tanta varietate divellerer; dom. 97.

excello in: cum in omni genere ac varietate artium ..., Cn. Pompeius excellat; Balb. 15.

nascor ex: nam totus quaestus hic ... aestimationis ex annonae natus est varietate; Verr. III, 192.

sum ex: quod in his omnibus ... erat quaedam ex ipsa varietate ac novitate rerum et criminum delectatio; Verr. III, 10.

versor in: qui in suis periculis sunt ac varietate versati; Verr. V, 132. Mithridaticum .. bellum, magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum; Arch. 21.

III. alqd: ſ. II, 1. habeo.

IV, 1. antecellere: ut et ubertate agrorum et varietate fructuum ... facile omnibus terris antecellat; imp. Pomp. 14.

conferri: omnis ... res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine nec numero proeliorum nec varietate regionum ... posse conferri; Marcell. 5.

congerere: quoniam congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non distinctione aliqua generum et varietate; Scaur. c. 1, § 4.

perdoctus: cum me praesertim rerum varietate atque usu ipso iam perdoctum viderent; Balb. 60.

tenere: ut varietate criminum vos attentos tenerem; Verr. V, 159.

2. in: quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum; Arch. 12. in magna varietate sententiarum numquam ullum fuisse locum; Sest. 118.

propter: frumentum provinciae frumentariae partim non habebant, partim in alias terras, credo propter varietatem venditorum, miserant; dom. 11.

sine: quas senatus sine ulla varietate est secutus; Catil. III, 13. cum ... dixisset fieretque sine ulla varietate discessio; Sest. 74. haec populi Romani tanta significatio sine ulla varietate universi ... quid declaravit nisi ..? ib. 125.

V. Lüde: dissimilitudo enim civitatum varietatem *; Balb. 31.

vario, wechſeln, theilen: eum ... variatis hominum sententiis ... sapientissimae deae sententia liberatum; Milo 8.

varius, mannigfaltig, verſchieden, wechſelnd, unbeſtändig: alqs: quam cupidus mei C. Castilius, ... quam non varius fuerit in causa; sen. 21. quod pater tuus ... te nobis varium reliquit; Fr. C, 6.

agitationes: quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum? Muren. 35.

artificia: familiam .. quantam et quam variis cum artificiis habeat quid ego dicam? Sex. Rosc. 133.

audacia: hanc vos, pontifices, tantam, *tam* variam, tam novam in omni genere voluntatem, impudentiam, audaciam, cupiditatem comprobabitis? dom. 116.

auxilia: L. Planci ... varia et magna auxilia non desunt; Phil. XIII, 16.

bella: ex qua innumerabiles alii ... mortem in variis bellis ... oppetissent; Sest. 48. multis ab adulescentia in bellis variisque versatum; Fr. A, III, 14.

casus: respicite dubios variosque casus; Cluent. 58.

causae: quos variis de causis video concitatos; Flacc. 9. cum ... ob hasce causas tot tamque varias me unum deposcerent; Sest. 46.

cupiditates: quam varias, quam infinitas (cupiditates) habuerit; Verr. II, 184. ſ. audacia.

dictio: in tam varia iuris dictione tam multa decreta, tot hominum gratiosorum laesae voluntates; Flacc. 6.

genus: civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, [...] servile, navale bellum, varia et diversa genera et bellorum et hostium, ... nullam rem esse declararant ..; imp. Pomp. 28. varia iudicum genera; Cluent. 75. quartum genus est sane varium et mixtum et turbulentum; Catil. II, 21. cum multa et varia impenderent hominibus genera mortis; Phil. XIV, 34.

improbitas: tantum unius cuiusque de varia improbitate generis iudicia apud vos et exempla profero; Verr. IV, 49.

impudentia: ſ. audacia.

iniuriae: ut posset multas istius et varias iniurias quam apertissime vobis planissimeque explicare; Verr. II, 156. ea tametsi multis istius et variis iniuriis acciderunt; ib. IV, 114.

ius: an hoc probabis, in aequa causa populorum sine pretio varium ius et disparem condicionem fuisse? Verr. V, 49. si de iure vario quippiam iudicatum est; Caecin. 69.

natura: hac ille tam varia multiplicique natura cum omnis ... homines improbos .. conlegerat; Cael. 14.

possessiones: tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones; Phil. II, 73.

ratio: cum variis rationibus impediretur; Quir. 12. vide quam sit varia vitae commutabilisque ratio; Milo 69.

res: putasne te posse ... tot res, tam varias voce, memoria, consilio, ingenio sustinere? div. Caec. 37. praeturae iuris dictio, res varia et multiplex ad suspiciones et simultates, non attingitur; Flacc. 6. ut tot res, ... tam varias, tam repentinas ... mea sponte dispexerim; Sulla 40.

sermones: quod propter portus suos multis et variis mercatorum ... sermonibus ad studium fallendi .. vocabantur; leg. agr. II, 95.

vectigal: agri Campani vectigal ... nec bellis infestum nec fructibus varium ... esse solet; leg. agr. II, 81.

voluntas: ſ. audacia.

vas, Bürge: [ut illo supercilio annus ‖ cincinnatus, al. ‖ ille niti tamquam *vade* videretur; Sest. 19.]

vas, Gefäß, Geräth: I. est: nego in Sicilia tota ... ullum argenteum vas, ullum Corinthum aut Deliacum fuisse; Verr. IV, 1. erat etiam [vas vinarium] ... trulla; ib. 62. ſ. III. alqd.

II, 1. aufero: quod vas eius modi ... a se esset ablatum; Verr. IV, 32. ab hoc abaci vasa omnia, ut exposita fuerunt, abstulit; ib. 35.

conlido: auctionis vero miserabilis aspectus: ... quaedam argentea vasa conlisa, sordidata mancipia; Phil. II, 73.

conligo: ille ex Sicilia iam castra commoverat et vasa conlegerat; Verr. IV, 40.

deporto: Agyrio similiter istius imperio vasa Corinthia per Apollodorum ... Syracusas deportata sunt; Verr. IV, 50.

effero: efferri sine thecis vasa; Verr. IV, 52.

eripio: erepta sibi vasa optime facta dicebat; Verr. IV, 33.

expono: exponit ea, quibus abundabat, plurima et pulcherrima vasa argentea; Verr. IV, 62. ille ... stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia; Muren. 75. ſ. aufero; Verr. IV, 35.

exporto: te ... plurima vasa Corinthia ... Syracusis exportasse; Verr. II, 176.

facio: cum vas nullum fieret nisi aureum; Verr. IV, 54. iste cum aliquot abacorum faceret vasa aurea; ib. 57. ſ. eripio.

invenio: si quod erat grande vas et maius opus inventum; Verr. IV, 47.

laudo, miror: iste unum quodque vas in manus sumere, laudare mirari; Verr. IV, 63.

perquiro: ut ea vasa perquirant; Verr. IV, 39.

rogo: mittit rogatum vasa ea, quae pulcherrima apud eum viderat; Verr. IV, 63.

sumo: ſ. laudo.

vendo: vende mihi vasa caelata; Verr. IV, 45.

video: ſ. rogo.

2. abundo: ſ. 1. expono; Verr. IV, 62.

3. audio de: qui de vasis aureis, qui de istius pallio [pullo] non audierit; Verr. IV, 55.

III. refertus: domus referta vasis Corinthiis et Deliacis; Sex. Rosc. 133.

IV. alqd: quicquid Corinthiorum vasorum (fuit in illis bonis); Verr. II, 46.

vis: quod ... vim maximam vasorum Corinthiorum ... abstulit Syracusis; Verr. IV, 131.

V. delectari: tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris; Verr. IV, 98.

vasarium, Ausſtattungsgeld: quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis ascripseras; Piso 86.

vascularius, Metallarbeiter: palam artifices omnis, caelatores ac vasculariios, convocari iubet; Verr. IV, 54.

vastatio, Verheerung, Verwüſtung: I. veniunt: videtis aedificiorum expugnationes, agri vastationes ... in iudicium venire; Tull. 42.

II. habeo: totum iter Antoniorum quid habuit nisi depopulationes, vastationes, caedes, rapinas? Phil. V, 25.

III. in: in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? Catil. II, 18.

vastitas, Verödung, Oede, Verheerung, Verwüſtung: I. est: quae solitudo esset in agris, quae vastitas; Verr. IV, 114. quem ad modum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, caedes ... fuisset; dom. 17. quae flamma, quae vastitas, quae pestis Graeciae fuisset, nisi ..? Phil. X, 11.

Digitized by Google

versatur: versabitur ... in agris vastitas; Muren. 85.

II, 1. denuntio: pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat; Phil. XIV, 8.

depello: cum ... vastitatem a templis, delubris ... depellebam; Flacc. 1. caedem a vobis liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas ... depuli; Sest. 49.

efficio: quin violati hospites, legati necati, ... fana vexata hanc tantam efficerent vastitatem; Piso 85.

infero: qui quae ... supplicia neque a sociorum moenibus prohibere neque hostium urbibus inferre potuerunt, excisionem, ... vastitatem, ea ... meis omnibus tectis atque agris intulerunt; har. resp. 3. cum ille saxis et ignibus et ferro vastitatem meis sedibus intulisset; ib. 15.

teneo: et has duplicis pestis sociorum, ... provinciarum vastitates, imperii maculas teneretis? prov. cons. 13.

2. libero: ego consul, ... incensione urbem, ... vastitate Italiam ... liberavi; Sulla 33.

3. eripio e.: ut ... templa atque delubra, ... totam Italiam ex bello et vastitate eriperem; Catil. IV, 2.

voco ad: templa deorum immortalium, ... vitam omnium civium ... ad exitium ac vastitatem vocas; Catil. I, 12.

III. reliquus ex: qui reliqui? quid hoc est ‚reliqui'? quo ex bello? qua ex vastitate? Verr. III, 124.

IV, 1. metus: equites Romanos proscriptionis, municipia vastitatis, omnis caedis metu esse permotos; sen. 33. cui quidem belli intestini et vastitatis metus inferebatur; Planc. 87.

2. periculum a: rem maximam fuisse *et* summi periculi, non solum a fame || non solum eam ||, sed etiam a caede, incendiis, vastitate nemo negat; dom. 18.

V, 1. consumi: miserandum in modum milites populi Romani capti ... sunt, iniuria, fame, morbo, vastitate consumpti; prov. cons. 5.

2. propter: eorum unum propter invidiam domini fugiunt, alterum propter vastitatem; leg. agr. II, 70.

sine: neque umquam Catilina ... sine totius Italiae vastitate miserrima concidisset; Sest. 12.

vasto, veröden, verwüſten, verheeren: alqd: quae vastare iam pridem studes; Catil. 1, 21. ut ... omnia vastaret, diriperet, auferret; Phil. X, 12.

agrum: ſ. **ager,** II, 1. vasto (6 St.) B. I, 150, b.

aratione s: aratione et agros vectigalis (istum) vastasse atque exinanisse; Verr. III, 119.

campos: hos (campos) ita vastatos nunc ac desertos videbam; Verr. III, 47.

civitates: C. Verres ... Siculorum civitates vastasse dicitur; div. Caec. 11.

domicilium: ſ. Pessinuntem.

Etruriam: vastarat Etruriam; Milo 87.

Galliam: Gallia vastatur; Phil. VIII, 5. exhauritur, vastatur, uritur (Gallia); ib. XII, 9.

Italiam: cum bello vastabitur Italia; Catil. I, 29. attribuit ... totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinae; ib. IV, 13. se vastare Italiam ... consensisse; Phil. II, 17.

orbem: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferremus? Catil. I, 3.

Pessinuntem: qui ... Pessinuntem ipsum, sedem domiciliumque Matris deorum, vastaris; har. resp. 28.

provinciam: per quos ostendam sic provinciam per triennium vexatam atque vastatam; Verr. III, 21. populatam vastatamque (esse) provinciam; ib. 122. quam fidem an ... vastandarum diripiendarumque provinciarum? Phil. XIII, 42.

sedem; ſ. Pessinuntem.

Siciliam: cum vastatam Siciliam, relictos agros ex civitatum litteris et epistula L. Metelli cognoverit; Verr. III, 144.

vastus, öde, verödet, unermeßlich: forum: lex erat lata vasto ac relicto foro; Sest. 53.

genus: alterum genus agrorum ... propter pestilentiam vastum atque desertum emetur ab eis; leg. agr. II, 70.

mare: cum mare vastissimum hieme transibas; Piso 57.

vates, Seher, Weisſager: I. suadet: hac .. vate suadente quondam; har. resp. 27.

II. libri: qui ... fatorum veteres praedictiones Apollinis vatum libris ... contineri putaverunt; har. resp. 18.

III. a: etenim si P. Lentulus suum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciem rei publicae fore putavit; Catil. IV, 2.

vaticinor, weisſagen: 1. unperſönlich: quae tu impudenter vaticinando sperare te saepe dixisti; Vatin. 6.

2. alqs: eos autem ... vaticinari atque insanire dicebat; Sest. 23.

uber, reich, fruchtbar: alqd: quid enim plenius quid uberius *cuiquam* quam mihi et pro me et contra Antonium dicere? Phil. II, 2.

annus: si ... tertium illum uberrimum quaestuosissimumque annum totum iudicibus reservaret; Verr. a. pr. 40.

campi: agros vero Vaticanum et Pupiniam cum suis opimis || optimis || atque uberibus || uberrimis || campis conferendos scilicet [non] putabunt; leg. agr. II, 96.

cibaria: at uberiora cibaria facta sunt caritate; Verr. III, 216.

edictum: cum illud edictum repente uberrimum quaestuosissimumque nascitur; Verr. III, 36.

fructus: fructus uberes diuturnosque capietis; Cael. 80. (quoniam) fructus .. ex sese non, ut oportuisset, lactos et uberes ... tulissem; Planc. 92.

pars: ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaereremus; Verr. III, 47.

provincia: ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia? Piso 97.

quaestus: cum hos sibi quaestus constituisset, magnos atque uberes; Verr. II, 30. quaestum illum maxime fecundum uberemque campestrem totum ad se ita redegit; har. resp. 42.

res: qui in uberrima re ... crimen effugit; Flacc. 7.

uber, Euter: Romulus, quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis; Catil. III, 19.

uberius, ausführlicher, heftiger: facio: me id facere uberius propter ipsius Caesaris dignitatem; prov. cons. 28.

fleo: cum mulier fleret uberius; Phil. II, 77.

ubertas, Ergiebigkeit, Fruchtbarkeit, Fülle: I. abest: mecum leges, mecum quaestiones, ... mecum etiam frugum ubertas ... afuerunt; sen. 34.

est: si autem ubertas in percipiundis fructibus fuit; Verr. III. 227. quae enim in L. Crasso po-

Digitized by Google

tuit ... maior esse ubertas, varietas, copia? Balb. 3.

exsistit: quae tanta enim potest existere ubertas ingenii? sen. 1.

videtur: ut ... reditu ubertas agrorum, frugum copia ... mecum simul reducta videantur; dom. 17.

II. reduco: ſ. I. videtur.

III, 1. antecellere: ut (Asia) et ubertate agrorum et varietate fructuum ... facile omnibus terris antecellat; imp. Pomp. 14.

comprobare: dis denique immortalibus frugum ubertate, copia, vilitate reditum meum comprobantibus; Quir. 18.

2. in: quantam vix in summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset; imp. Pomp. 44. ne quis oreretur ‖ oriretur ‖ aliquando in tanta ubertate improborum qui ..; dom. 69.

propter: qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam genuisse dicitur; leg. agr. I, 18.

ubi, wo, wann, ſobald als: A. **Adverb:** I. **interrogativ:** 1. **direct:** accuso: ubi hos persequeris? ubi accusas? ubi defendis ius nomenque legati? Verr. I, 83.

ago: ubi res ista agetur? leg. agr. II, 44.

audio: ubi aut unde audivit Glaucia? Sex. Rosc. 97. ubi denique est in ista suspicione Caelii nomen auditum? Cael. 15.

caveo: ubi enim cavetur ne ..? leg. agr. I, 16. ubi cavisti ne me meo ‖ ne meo me ‖ loco censor in senatum legeret? dom. 82.

consisto: ubi enim tu in pace consistes? Phil. II, 87.

consumo: verum ubi tandem aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumpta est? Verr. II, 142.

convenio: ubi eos convenit? Sex. Rosc. 74.

defendo: ſ. accuso.

dico: quamquam ubi tu te popularem, nisi cum *pro* populo fecisti, potes dicere? dom. 77.

excipio: ubi est igitur *exceptum* foedere Gaditano, ne ..? Balb. 32.

fero: ubi enim tuleras, ut mihi aqua et igni interdiceretur? dom. 82.

lateo: ubi tandem istud latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? Verr. V, 47. ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta latuit? sen. 13.

nitor: ubi nitere? Verr. II, 155.

obsisto: obstitisti, .. ne ex Italia ... transire possent. ubi? quando? Verr. V, 5.

occido: ubi occisus est Sex. Roscius? Sex. Rosc. 92.

officio: ubi tuis commodis officio? Sex. Rosc. 145.

persequor: ſ. accuso.

praeficio: ubi te isti rei populus Romanus praefecerat? dom. 127.

quaero: ubi quaesitum est? Cael. 58.

stipulor: stipulatus es? ubi? Qu. Rosc. 13.

sum: ubi erant ceteri creditores? denique hoc tempore ubi sunt? Quinct. 74. quid? ei servi ubi sunt? Sex. Rosc. 77. quid? tu, Rosci, ubi tunc eras? ib. 92. quae signa nunc, Verres, ubi sunt? Verr. I, 50. ubi erit imperii nomen et dignitas? ib. IV. 25. ‚ubi sunt' inquiunt ‚scyphi'? ib. 32. quid? is ubi est? ib. 92. ubi pecunias exterarum nationum esse arbitramini? ib. V, 127. ubi est igitur illa exspectatio, quae ..? Flacc. 21. ubi est igitur illa laus oratoris, quae ..? ib. 22. ubi erant illi Pythodori, Aetidemi, Epigoni ‖ Lepisones ‖, ceteri homines ..? ubi illa magnifica et gloriosa ostentatio civitatis? ib. 52. ubi igitur crimen est? ib. 68. ubi fuit Sulla, Corneli? Sulla 53. ubi erit igitur illud firmissimum praesidium pudoris? ib. 77. haec cum ita sint in re, ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes ..? dom. 46. ubi est crimen? Sest. 80. ubi erant tum illi contionum moderatores, legum domini, civium expulsores? ib. 125. ubi igitur est crimen? Balb. 7. ubi sunt vestrae scholae? Piso 65. ubi enim mihi praesto fuissent tam fortes consules ‖ fuisset — fortis consul ‖ quam ..? Planc. 88. ubi est igitur sapientia iudicis? Rab. Post. 12. ubi terrarum sumus? ib. 37. ubi nunc senatus est ...? ubi equites Romani illi, [illi] ‚inquit' tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiae voces? ubi denique tua illa ... vox atque defensio? Milo 94. ubi est septiens miliens, quod est in tabulis, quae sunt ad Opis? Phil. II, 93. ubi plausus ille in triumpho est, saepe ludis? ubi aedilitas delata summo studio bonorum? ib. VI, 11. ubi est ille mos virtusque maiorum? ib. VIII, 23. ubi sunt ... illae cohortationes pulcherrimae tuae? ib. XII, 15.

elliptisch: ubi illa consuetudo in bonis, praedibus, praediisque vendundis omnium consulum, censorum, praetorum, quaestorum denique ..? Verr. I, 142. si te impediebat ista ... occupatio, ubi quaestores? ubi legati? ubi ternis denariis aestimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot tantaque ornamenta ...? denique ubi praefecti, ubi tribuni tui? si civis Romanus dignus isto negotio nemo fuit, quid civitates, quae ...? ubi Segestana? ubi Centuripina civitas? ib. V, 83. ubi fides? ubi exsecrationes? ubi dexterae complexusque? ubi illud contubernium muliebris militiae in illo delicatissimo litore? ib. V, 104. ubi exercitus? ubi sumptus? ubi imperium? ubi illa ... provincia? Piso 97. ubinam ille mos? ubi illa aequitas iuris? ubi illa antiqua libertas, quae ..? Planc. 33. ubi ergo [ille] mos, ubi consuetudo iudiciorum? ubi exempla? Rab. Post. 31. ubi lex Caecilia et Didia? ubi promulgatio trinum nundinum? ubi poena recenti lege Iunia et Licinia? Phil. V, 8. ubi dolor? ubi ardor animi ..? Fr. B, IX, 5.

2. **indirect:** admitto: ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum; Sex. Rosc. 62.

appareo: cupio audire, ut videam, ubi rhetoris sit tanta merces, id est, ubi campus Leontinus appareat; Phil. II, 84.

ceno: percontantium, ... ubi (praetor) cenaret; leg. agr. II, 94.

congredior: possum etiam illa ... perquirere, ubi sit congressus cum servis Luccei Caelius; Cael. 53.

convenio: quos neque ut convenire potuerit ... neque ubi, ... potes ostendere; Sex. Rosc. 79.

disco: ubi didicisset omnes quaerebant; Qu. Rosc. 30.

do: sed quaero quae lex lata sit ..., ubi tibi haec potestas data sit; dom. 128.

iacto: video ubi se iactaturus sit Hortensius; Verr. V, 2.

lateo: ex quibus requiram quem ad modum latuerint aut ubi; Cael. 67.

sum: ut mihi responderet quis esset, ubi esset, unde esset; Verr. II, 188. ut ubi quidque esset aliqua ratione invenirent; ib. IV, 31. tum quaerebant ex isto palam, tot dies continuos ... ubi fuisset; ib. V, 94. quaerebatur ubi esset Cleomenes; ib. 107. quaeret a me ubi sit pecunia; Cluent. 72. ubi fueris ... quem nostrum ignorare arbitraris? Catil. I, 1. proinde quasi nostram ipsam mentem ... videre aut plane qualis aut ubi sit sentire possimus; Milo 84. ubi corpus hoc sit non laboro; ib. 98. nec quid quisque sensisset, sed ubi fuisset cogitandum esse dicebant;

Digitized by Google

Marcell. 18. dic mihi praeterea, .. Ventidius ubi sit; Phil. XII, 23. qui ubi terrarum sit, ... quis aut scit aut curat? ib. XIII, 33. ſ. appareo.

II. **relativ:** addo: in illo prioro, ubi dolus malus additur, ... necesse erat te dolo malo meo vi deiectum iudicari; Tull. 30.

adfero: o societatem captiosam et indignam, ubi alter HS IIII∞, alter CCCIↃↃↃ quod sit in societatem adfert! Qu. Rosc. 29.

adsum: ut mulier imperita nihil putaret agi callide posse, ubi non adesset Aebutius; Caecin. 13.

ago: ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum mulierumque conventu; Verr. IV, 107.

alo: ubi alitus aut doctus est; Planc. 81.

aufero: ubi aliquid ereptum aut ablatum a quopiam dicitur; Verr. I, 27.

caveo: quid praetereo? an illud, ubi caves tamen Siculis et miseros respicis aratores? Verr. III, 26.

concedo: haec ubi conceduntur esse facta, ibi vis facta negabitur? Caecin. 44.

congredior: locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sint, utri tandem fuerit aptior; Milo 53.

conloco: ad illa aestiva praetoris accedunt, ... ubi iste per eos dies ... castra luxuriae conlocarat; Verr. V, 96.

conquiesco: quia suppeditat nobis ubi et animus ... reficiatur et aures ... conquiescant; Arch. 12.

consisto: locum, ubi consistat, reperire non poterit; Quinct. 5. huic ne ubi consisteret quidem contra te locum reliquisti; ib. 72. eo transire illius turpitudinis infamiam, ubi cetera maleficia consistunt; Cluent. 83. si ... uni cuique vestrum ubi consistat bini pedes adsignentur; leg. agr. II, 85. ut ... ibi tamen, ubi oporteret, consisteremus; Muren. 65.

custodio: ubi me ... universae civitatis oculi custodiunt; Phil. XII, 22.

defendo: ſ. accuso.

delitisco: sed ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitiscam; Caecin. 66.

depono: istius tantam fuisse sagacitatem, ut eas per illum ipsum inspiceres, ubi erant depositae; Verr. IV, 29.

dico; negotiari libet: cur non Pergami? Smyrnae? Trallibus? ubi et multi cives Romani sunt et ius a nostro magistratu dicitur? Flacc. 71.

diripio: ubi omnia diripuit; Piso 48.

discerno: quid est igitur, ubi elucere possit prudentia? ubi discerni stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti iudice? Font. 23.

dissideo: nihil enim supererat de quo certarent, ... nihil ubi dissiderent; leg. agr. II, 91.

emo: iubeas ibi me metiri, quo portare non expediat? ubi emere non possim? Verr. III, 193.

eripio: ſ. aufero.

excipio: *ubi non est exceptum, ibi* necesse est licere ‖ ibi necesse est licere, non est exceptum ‖; Balb. 32.

explico: ubi cum equitibus Romanis ... illius Verrucios, de quibus ante dixi, explicabam; Verr. IV, 137.

facio: ubi multa avare, multa audacter ... facta videbitis, ibi scelus quoque latere ... putato; Sex. Rosc. 118. ubi illius ipsius M. Marcelli ... statua ex aere facta est; Verr. II, 50. videtisne hoc totum ‖ totum hoc ‖ nomen, coram ubi facit delatum, esse in litura? ib. 104.

gero: ubi libenter negotium gerant; Verr. II, 6, Henna autem, ubi ea, quae dico, gesta esse memorantur, est loco perexcelso atque edito; Verr. IV, 107.

habeo: is me dixit aedificare, ubi nihil habeo, *ubi habeo,* ibi fuisse: Fr. B, XIII, IV, 3.

habito: sed M. Pisonis domum ubi habitaret legerat; Phil. II, 62.

hiemo: quem in locum classes hostium saepe accesserint, ubi piratae fere quot annis hiemare soleant; Verr. IV, 104.

imprimo: nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, deici neminem posse; Caecin. 76. te extra munitiones tuas vestigium ubi imprimas non habere; Phil. XIII, 30.

induco: ſ. convenio; Sex. Rosc. 74.

inflecto: nam in ipso aditu atque ore portus, ubi primum ex alto sinus ab litore ad urbem inflectitur, tabernacula ... conlocabat; Verr. V. 29.

instituo: nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinum instituerit; Verr. IV, 58. UBI INSTITUI VINEAE POSSUNT; leg. agr. II, 67.

invenio: quaeramus ibi maleficium ubi ‖ ubi maleficium ‖ et est et inveniri potest; Sex. Rosc. 83. in insula Cereris natos, ubi primum fruges inventae esse dicuntur; Verr. V, 99.

latrocinor: proinde quasi Appius ille Caecus viam muniverit, ... ubi impune sui posteri latrocinarentur! Milo 17.

licet: quin tu hoc crimen aut obice ubi licet agere aut iacere noli ubi non oportet; Qu. Rosc. 25.

nascor: qui in Marsis, ubi natus est, tectum ... iam nullum haberet; dom. 116.

necesse est: accusa, ubi ita necesse est; Quinct. 71.

negotior: negotiatores sibi putant esse turpe id forum sibi iniquum eierare, ubi negotientur; Verr. III, 137.

noceo: ubi iste summae rei causaeque nocere nihil posset; Verr. I, 38.

observo: nihil enim mali est canis ibi quam plurimos esse, ubi permulti observandi ... sunt; Sex. Rosc. 90.

obtineo: neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, ubi nostrum ius contra illos obtineremus; Quinct. 34.

offendo: ubi scopulum offendis eius modi, ut ..; Sex. Rosc. 79.

oportet: ſ. licet.

opus est: quia plerumque, ubi multitudine opus est, homines cogi solent; Caecin. 59.

ostento: habes ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam; Catil. I, 26.

parento: cuius sepulcrum usquam exstet ubi parentetur; Phil. I, 13.

pareo: civem ... venire in eum locum, ubi parendum alteri et serviendum sit; Rab. Post. 22.

pascor: ut etiam bestiae ... plerumque ad eum locum, ubi pastae sunt aliquando, revertantur; Cluent. 67.

perdo: in eum locum venire, ubi libertatem sis perditurus; Rab. Post. 24.

pereo: qui in eum locum veneras ‖ venisses ‖, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses; Ligar. 28.

persequor: ſ. accuso.

peto: qui in iudicium veniat, ubi ne precari quidem Iovem Optimum Maximum atque ab eo auxilium petere ... possit; Verr. IV, 71.

pono: non quo ipse hortos aut suburbanum aut locum omnino ubi ea poneret nullum haberet; Verr. II, 87. quid erat in terris ubi in tuo pedem poneres? Phil. II, 48.

precor: ſ. peto.

quaero: qui cum ... desideraretur, neque in eis locis, ubi ex consuetudine quaerebatur, inveniretur; Cluent. 38.

relinquo: ecquo in oppido pedem posuit ubi non plura ... vestigia reliquerit? Verr. I, 62.

Digitized by Google

resisto: nihil est iam unde nos reficiamus aut ubi lapsi resistamus; Muren. 84.

reficio: ſ. conquiesco. — respicio: ſ. caveo.

servio: ſ. pareo.

adiuvare: qui adiuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Sulla 3.

admonere: ne non tam prohibere quam admonere videretur; Sex. Rosc. 70. non tam prohibere videretur quam admonere; Tull. 9. cur prohibendo non tam deterrere videretur quam admonere; dom. 127.

adnuere: hoc enim mihi significasse et adnuisse visus est; Verr. III, 213.

adrogare: non vereor ne mihi aliquid .. videar adrogare; Planc. 64.

adsequi: mihi videris, Eruci, ... duas res adsequi velle; Sex. Rosc. 80. videmurne non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam .. laudem adsequi? Planc. 89.

aedificare: cui non ad illius poenam carcer aedificatus esse videatur; Sulla 70.

agere: tum causa agi vere videretur; Verr. I, 29. ut videatur tamen res agi et non eripi pupillo; ib. 146. ne omnia cum dolore agere videamur; ib. II, 52. utrum id solum videtur esse actum ..? ib. 67. res agi videretur; ib. III, 31. nonne vobis id egisse videtur, ut ..? ib. IV, 47. cum .. id ei ... neglegentius agi videretur; Cluent. 74. quae mihi quidem ita et acta et scripta videntur esse; Sest. 122. cum ... urbes Italiae festos dies agere adventus mei videbantur; ib. 131. qui ... nihil aliud agere videtur nisi ut ..; Phil. XI, 11. ſ. obtinere.

agnoscere: ut agnoscere videamini qui haec fecerint; imp. Pomp. 37.

alere: ſ. adfligere.

amplecti: quem mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei; Catil. IV, 3. quia nimis amplecti plebem videbatur; Milo 72.

appetere: ſ. adfari.

apponere: ne ... praevaricatorem mihi apposuisse videar; Phil. II, 25.

appropinquare: quod (tempus) mihi quidem magis videtur quam tu umquam arbitratus es appropinquare; Piso 94.

arguere: ne arguere illum rei capitalis viderer; Caecin. 25.

ascendere: quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse; dom. 75. cuius (gloriae) gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere; Milo 97.

asportare: ſ. abripere.

attribuere: ne aut irato facultas ad dicendum data aut cupido auctoritas attributa esse videatur; Font. 22.

audire: postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; dom. 121. pueris nobis audisse videor L. Aelium || Laelium || ... nomen Q. Muttonis ... detulisse; Scaur. 23. non ut audire ea ..., sed ut cernere et paene tangere viderentur; ib. 26. sapientiae vocem audire videar; Phil. XIII, 6.

augere: ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini; Quir. 6.

cadere: ut tamquam fortis in pugna vir ... cadere videatur; har. resp. 40. in quo aliquid a poëta dictum cadere in tempus nostrum videretur; Sest. 118. nihil est quod in eius modi mulierem non cadere videatur; Cael. 69.

calere: postea quam satis calere res Rubrio visa est; Verr. I, 66.

calumniari: aperte ludificari et calumniari sciens non videatur (videtur); Sex. Rosc. 55.

canere: ut haec ... canere di immortales viderentur; Catil. III, 18.

capere: quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur; Phil. II, 91.

cernere: nonne vobis haec, quae audistis, cernere oculis videmini, iudices? Sex. Rosc. 98. ut ea cernere oculis videamini; Cluent. 66. in qua Bruti imago cerni videbatur; Phil. X, 8. ſ. audire; Scaur. 26.

certare: ut ars certare videretur cum copia Verr. IV, 65.

circumscribere: *iam saepius homines videbantur* se clam circumscripsisse isti a consulari Macedonia et Asia; Tull. 15.

clamitare: nonne ipsum caput et supercilia illa ... olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? Qu. Rosa. 20.

coarguere: satisne vobis coarguere ... dissolutam Graecorum consuetudinem ... videmur? Flacc. 20.

cogere: res ipsa et periculi magnitudo ... cogere videtur; Quinct. 91.

cogitare: ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur; Cael. 16. ne ... videar id cogitasse; Milo 47.

cognoscere: satis commode mihi videor eorum consuetudinem ... cognosse; Verr. II, 181.

colere: diligenter observari videmur et coli; Muren. 70.

commemorare: ne haec a me sine causa commemorata esse videantur; Verr. IV, 120.

commendare: quod quasi deorum aliquo dono ... commendati nobis esse videantur; Arch. 18.

committere: nolo in hoc .. consilio tantum flagitii esse commissum videri; Verr. V, 173. ut ... domicilia vestrae sapientiae ... commissa creditaque esse videantur; dom. 1.

commodare: ut haec a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur; Marcell. 19.

commovere: eos pertimuisse et eorum minis et terrore commoti esse videremini; Font. 34. hic mihi parumper mentis vestras ... commovere videor; leg. agr. II, 49. ne aut refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer aut aliquid ... commovere; ib. III, 4. si commoveri omnia videbantur; Sest. 64. religiones ... ipsae ... commosse se videntur et ius in illo suum retinuisse; Milo 85. commoveri videtur adulescens; Ligar. 9.

comparare: nimium multa comparare videretur; Verr. IV, 58.

complecti: quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur; Sex. Rosc. 37.

comprobare: homini credidisse, non factum comprobasse videremini; Verr. III, 224.

concedere: ut vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur; Verr. II, 108. quod videtur concedendum magistratibus nostris esse; ib. III, 190. prope ut concedendum atque ignoscendum esse videatur; ib. IV, 126. quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia ..; ib. V, 126. ut ista ... crudelitas nemini concessa esse videatur; ib. 150.

condemnare: ne condemnare causam illam ... videretur; Ligar. 27.

conferre: ut mihi quidem videantur di immortales ... contulisse; Marcell. 18.

confidere: quarum altera (pars) mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia; Cluent. 1.

confirmare: postea quam iste recreari et confirmari visus est; Verr. V, 178. quo sublato non solum pars aliqua iuris deminuta, sed etiam vis ea ... iudicio confirmata esse videatur; Caecin. 5.

confiteri: qui tum ... tacendo loqui non infitiando confiteri videbantur; Sest. 40. parumne videtur ... cum Dolabella societatem initam confiteri? Phil. XIII, 36.

coniungere: ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Flavii Flacci ... coniuncta esse videatur; dom. 102.

coniurare: an tibi Pompeiani coniurasse videntur? Sulla 60.

conlaudare: ut proprio senatus consulto Pompeius conlaudatus esse videatur; Phil. XIII, 50.

conligere: ut crimina conlecta in unum reum [te] esse videantur; Verr. II, 147. iam dudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta conligere videor; ib. 157. ut is ... reliquos aratores conlegisse et recreasse videatur; ib. III, 124.

conlocare: ut haec ipsa aedilitas ... recte conlocata et ... in loco esse posita videatur; Verr. V, 37.

conservare: ut a me ... amicitiarum ratio conservata esse videatur; Cluent. 117. ut huius ... vita ad luctum conservata, mors sepulcro patris privata esse videatur; ib. 201. ut (pecunia) conservata magis quam correpta esse videatur; Balb. 56.

conspirare: ut omnes ... conspirasse videantur; Phil. III, 13.

constare: non ... ex fraude, fallaciis ... constare totus videtur? Qu. Rosc. 20.

constituere: quae (Verria) ... natura .. tua constituta esse videantur; Verr. II, 52. ut non alteros demovisse, sed utrosque constituisse videatur; Sulla 62. quod ... T. Annio devota et constituta ista hostia esse videtur; har. resp. 6. fortunae constitui tenuiorum videbantur; Sest. 103. non gravior L. Cornelio ... constitui lex vitae et condicio videretur; Balb. 18. Metellus ... sanctissimos deos ... constituisse ... videtur in vestro conspectu; Scaur. 46.

constringere: religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam || vinctam ||; Balb. 12.

consulere: non tam sibi consuluisse quam invidisse vestrae laudi videretur; Verr. I, 4.

consumere: ut eam pecuniam ... non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur, Flacc. 91.

contemnere: quid, illa, Caecili, contemnenda-ne tibi videntur esse? div. Caec. 35. contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur; Verr. II, 89. quae forsitan nobis levia et contemnenda esse videantur; ib. IV, 132. ne forte *ea* vobis || a vobis, vobis || ... contemnenda esse videantur; imp. Pomp. 20. ne contemnere suos videatur; Piso 67. ne ... vim fortunae stultitia contempsisse videamur; Phil. XIV, 5. ſ. abicere. affligere.

continere: in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur; Verr. IV, 60. ut eius oratio non defensionem modo videretur criminum continere; Sest. 14. ita mihi (civitas) maxime communione beneficiorum ... contineri || communionem ... continere || videtur; Balb. 29.

conturbare: nescio quid conturbatus esse videris; Phil. II, 36.

convellere: ne acta Dolabellae videar convellere; Phil. II, 83.

convenire: cum multae causae convenisse unum in locum ... videntur; Sex. Rosc. 62. quae vitia videntur in quemvis potius quam in istum convenire; Verr. I, 128. forsitan vix convenire videretur; ib. II, 159. *cum ei centuria Populiana videretur satis commode* posita esse et ad fundum eius convenire; Tull. 16. mihi .. videtur .. hic introitus defensionis adulescentiae M. Caelii maxime convenire; Cael. 3.

corrigere: ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare; Muren. 60.

corripere: ſ. conservare; Balb. 56.

corrumpere: STHENIUM LITTERAS PUBLICAS CORRUPISSE VIDERI; Verr. II, 93.

credere: ut nostris testibus plus quam alienigenis credidisse videamini; Font. 49. ſ. committere; dom. 1. comprobare.

cupere: ne id, quod non curas, cupere videare; Phil. XI, 23.

damnare: ut ei ... sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur; Catil. IV, 5.

dare: ne quod .. scutum dare in iudicio viderentur eis; Tull. 43. quantum mihi beneficium dedisse videmini! sen. 9. ut ... invidiae materiem dedisse videamur; Phil. XI, 21. ſ. attribuere. consumere.

debere: videor enim mihi iam liberius apud vos loqui debere; Verr. II, 11. iam enim mihi videor hoc ... debere dicere; Font. 37. quam longe videtur a carcere ... abesse debere, qui ..? Catil. I, 19. mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere; Sulla 36. videbatur omnino mori non debuisse; Arch. 17. nonne vobis videor ... debere ... excidere? prov. cons. 43. ac mihi quidem hoc dignum re publica videtur, hoc deberi ... gloriae, hoc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causae; Balb. 5.

decere: etsi minime decere videtur; Phil. XII, 1.

decernere: de re publica quoad rettulistis satis decrevisse videor; Phil. V, 34.

declamare: quae mihi iste visus est ex alia oratione declamare; Sex. Rosc. 82.

declarare: locus ut ipse raptum illum virginis ... declarare videatur; Verr. IV, 107. perspicua admiratione declarari videbatur; Balb. 2.

deesse: ut iudicium potius rei publicae quam ... accusator reo defuisse videatur; Verr. a. pr. 3. vos ne populo Romano deesse videamini providete; Catil. IV, 18. quid .. erat mali quod huic ... deesse videretur? Sulla 91. ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur; Sest. 3.

defendere: neque ... mihi isti Verrem defendere videntur; Verr. II, 27. *ut non* minus diligenter illius existimationem, quam rem M. Tullii viderer defendere; Tull. 3. cum Scamandrum nos defendere videremur; Cluent. 54. ut ... interdum non defendere, sed praevaricari [accusationi] videretur; ib. 58. num tibi ita defendisse videor, ut ..? ib. 143. ne non tam innocentia reus sua quam recordatione meorum temporum defensus esse videatur; Planc. 4. ſ. adiuvare.

deicere: is, qui armis proterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse deiectus? Caecin. 31.

demigrare: quae (montes) mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem ... demigrasse; Rabir. 30.

deminuere: ſ. confirmare; Caecin. 5.

demonstrare: quae (statuae) hoc demonstrare videantur ‖ videntur ‖; Verr. II, 154.

denegare: videbor suffragio meo ... honorem homini amicissimo denegavisse; Phil. XI, 19.

denuntiare: ut oculis et aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam et minitari rei publicae videretur; leg. agr. II, 13.

deposcere: qui autem me deposcere videbantur; sen. 33.

depromere: nonne vobis verba domo patroni depromere videtur? Verr. III, 155.

deserere: ſ. adiuvare.

desiderare: ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur; Verr. III, 47.

desperare: ut honorem desperasse (candidatus) videatur; Muren. 43.

deterrere: ſ. admonere; dom. 127.

detrahere: mihi ... de illius .. dignitate detrahere ... videbatur; har. resp. 50. ſ. adfingere. augere.

devovere: ſ constituere; har. resp. 6.

dicere: cum hominem nomino, satis mihi videor dicere; Quinct. 40. satisne ipsa restipulatio dicere tibi videtur ..? Qu. Rosc. 38. metuo ne quid adrogantius apud talis viros videar dicere; Verr. I, 10. pauca mihi videntur esse ... dicenda; ib. II, 2. quamquam haec perditissima defensio est, tamen aliquid dici videretur; ib. 101. magnum videor dicere; ib. IV, 2. mihi videor iam de omnibus rebus eius gestis dixisse; ib. V, 25. qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur; Font. 27. primum mihi videtur de genere belli, ... deinde ... esse dicendum; imp. Pomp. 6. ut de imperatore ad id bellum deligendo ... dicendum esse videatur; ib. 27. ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur; ib. 59. quibus de rebus mihi ... pro vestra prudentia satis dixisse videor; Cluent. 160. equidem mihi iam satis superque dixisse videor; Flacc. 66. de hoc igitur loco sacro potissimum videntur haruspices dicere; har. resp. 14. si ... de me ipso plura dicere videbor; Sest. 31. utrum ... mulier finxisse crimen an gravis ... vir ... testimonium dixisse videatur; Cael. 55. quod mihi de iure subtilius dici videretur; Balb. 2. ne quid adrogantius videar dicere; Phil. XII, 21.

differre: ut distare aliquid aut ex aliqua parte differre videatur; Caecin. 39. quod etiam si verbo differre videbitur; ib. 59.

diffidere: ne ingeniis vestris videar diffidere; Sex. Rosc. 82.

diligere: ut haec insula ab ea non solum diligi, sed etiam incoli .. videatur; Verr. IV, 107. non multi mihi ab uno sic diligi videntur ut hic ab his ‖ ab iis ‖ universis; Cluent. 198.

discedere: si in causa pari discedere inferior videretur; Quinct. 59. quam longe videar ab consuetudine mea ... discedere; Font. 12.

discere: ut ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur; har. resp. 19.

disputare: non vobis videtur cum aliquo declamatore ... disputare? Planc. 83.

dissolvere: severissimum iudicium ... per vos videri esse dissolutum; Tull. 36.

distare: ſ. differre; Caecin. 39.

docere: qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse; Sest. 86. ſ. discere.

donare: ſ. commodare. nasci; har. resp. 6.

dubitare: ne forte ... dubitasse quisquam ... videretur; Balb. 11. ne de vestra sapientia ... dubitare videar; ib. 19.

edicere: ne sine causa videretur edixisse; Phil. III, 24.

effervescere: si cui nimium efferbuisse videtur huius ... ferocitas; Cael. 77.

efficere: quidnam ... effectura (vox) esse videatur; Sest. 10.

efflagitare: ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur; leg. agr. II, 3.

effugere: ſ. adsequi; Planc. 89.

emendare: ut tua mihi conscelerata illa vis non modo non propulsanda, sed etiam † emendanda ‖ invitanda ‖ fuisse videatur; dom. 76.

emergere: quoniam emersisse iam e vadis et scopulos praetervecta videtur oratio mea; Cael. 51.

emittere: ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur; Catil. I, 27.

erigere: ut erigere oculos et vivere videretur; Sest. 68.

eripere: nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse? Sex. Rosc. 71. ut ... eripere potius quam fallere videretur; Verr. II, 134. ſ. agere; Verr. I, 146. opprimere.

esse: quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere; Quinct. 5. mihi videri ore durissimo esse, qui ..; ib. 77. ut solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur; ib. 78. nunc omnibus [inimicis] necesse est castissimus et constantissimus esse videatur; Qu. Rosc. 47. quod haec, quae videtur esse accusatio mea, non potius accusatio quam defensio est existimanda; div. Caec. 5. ut ... ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; ib. 38. mihi .. videtur periculum fore ..; ib. 46. ut tu tamenali quid esse videare; ib. 48. tantane vobis inopia videor esse amicorum, ut ..? ib. 50. ut, quod ille dictitat, alicui, qui te ignoret, verum esse videatur; Verr. a. pr. 28. ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam, si fieri possit, quam privatus esse videatur; ib. 37. ut haec laus eximiae virtutis ... non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur; ib. I, 56. alii etiam frigidiores erant, sed ... ridiculi videbantur esse; ib. 121. quae non postulata, sed in istum crimina viderentur esse; ib. II, 10. ut mihi semper (haec) Scipionis fore videantur itaque dicantur; ib. 87. hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur; ib. 148. qui tibi inimicissimus esse videbitur; ib. 152. ne forte ea ... omnia ita condita fuisse atque ita abdita latuisse videantur; ib. 181. quantulumcumque videbitur esse; ib. 183. ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videare; ib. III, 4. ut isti ... factis dictisque omnibus ... dissimillimus esse ac semper fuisse videar; ib. 5. quae leviora videntur esse; ib. 7. ut magistratibus nostris in obtinendo iure nostro ne contemptissimi ac despicatissimi esse videamur; ib. 98. quae praetoris praeda esse videatur; ib. 99. quae forsitan vobis parvae esse videantur; ib. IV, 47. ne cui forte neglegens nimium fuisse videatur; ib. 60. ut nihil mihi indignius, nihil minus ferendum esse videatur; ib. 83. unum hoc crimen videtur esse; ib. 88. ut posteris [nostris] monumenta religiosa esse videantur; ib. 98. ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur; ib. 106. ne oratio mea aliena ab iudiciorum ratione ... esse videatur; ib. 109. urbs illa non urbs videtur, sed fanum Cereris esse; ib. 111. ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur; ib. 124. ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; ib. 126. quod hoc genus praedandi,

quam improbum, quam indignum ... esse videatur; ib. V, 22. quae iucunda videntur esse; ib. 35. ut obscura sua cupiditas esse videatur; ib. 126. ut ne adversarii ... meliore loco esse videantur; Tull. 1. vestrum difficilius iudicium, mea facilis defensio fore videbatur; ib. 2. hic mihi isti singulari ingenio videntur esse; ib. 83. ac mihi quidem .. audax praecipue fuisse videtur Aebutius; Caecin. 2. ut natura, non disciplina consultus esse videatur; ib. 78. ut ei beatissimi esse videantur; imp. Pomp. 13. ut eis nomen regale magnum et sanctum esse videatur; ib. 24. ut is ... facilitate infimis par esse videatur; ib. 41. ne aut invisa dis immortalibus oratio nostra aut ingrata esse videatur; ib. 47. an tibi tum imperium hoc esse videbatur, cum ..? ib. 53. ecquam (putatis civitatem) esse locupletem quae istis pacata esse videatur? ib. 67. altera pars ... per mihi brevis et non magnae ... contentionis fore videtur; Cluent. 2. quae mihi ... de communibus invidiae periculis dicenda esse videantur; ib. 8. esse autem subitum divortium, quod solacium malorum omnium fore videbatur; ib. 14. ne haec ipsa nimium multa esse videantur; ib. 41. quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur; ib. 66. utrum esse vobis consilia siccorum an vinolentorum, et utrum cogitata sapientium an optata furiosorum videntur? leg. agr. I, 1. ne vestra ista praeclara lex agraria magis popularis esse videatur; ib. 24. ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur; ib. II, 1. in quo esse locus huic voci non videbatur; ib. 6. ut populares esse videantur; ib. 7. quae cum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse ..; ib. 16. ut grati ac memores beneficii esse videantur; ib. 21. ut ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferundus aut privatus furiosus esse videatur; ib. 32. quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur; ib. 37. magna enim mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse; ib. 41. ut sibi iam xvir designatus esse videatur; ib. 53. vix iam videtur locus esse qui ..; ib. 59. quibus ad consumendum nihil satis esse videatur; ib. 65. ut esse (coloniae) non oppida, sed propugnacula imperii viderentur; ib. 73. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis; ib. III, 5. quod, quae iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri; Rabir. 1. virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse; ib. 29. utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? Catil. IV, 12. ne remissione poenae crudeles in patriam quam ne severitate animadversionis nimis vehementes ... fuisse videamur ‖ fuisse videamini ‖; ib. 13. nec mihi umquam minus in Q. Pompeio ... virtutis esse visum est quam ..; Muren. 16. ne forte isti parum versuti esse videantur; Flacc. 39. ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriae videretur; Sulla 10. quam ob rem qui ex municipiis veniant peregrini tibi esse videantur; ib. 23. adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum .. esse videor? ib. 83. gravo esse videtur eum ... dicere in iudicio; ib. 84. qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum; ib. 87. an vero tam parvi animi videamur esse omnes, ... ut ..? Arch. 30. si solus essem interfectus, mihi turpe, si cum multis, rei publicae funestum fore videbatur; sen. 34. nominis inscriptio tibi num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio? dom. 51. hoc ipsum ... unum et idem videtur esse atque id, quod ..? ib. ut ... non exstinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar; ib. 101. quae voluntas deorum immortalium esse videatur; ib. 107. num quid esse causae videretur quin id signum curiamque Concordiae dedicaret; ib. 130. non dubito quin ea tela ... leviora atque hebetiora esse videantur; har. resp. 2. id semper populo Romano ... satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est; ib. 12. quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur; ib. 18. videbatur ea condicione tam fortis fuisse, ut ..; Sest. 37. quo magis nationis eius esse quam generis videretur; ib. 69. tugurium ut iam videatur esse illa villa; ib. 93. ne mea oratio ... infinita esse videatur; ib. 108. quod tibi commune cum summis viris esse videatur; Vatin. 30. cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Cael. 50. ut *causa* alterius ‖ alterius causa ‖ sceleris suscipiendi fuisse videatur; ib. 56. ut mihi iam verum videatur illud esse; Balb. 3. ut nemo, nisi qui mecum esset, civium esse in numero viderotur; Piso 7. cui nimis videtur senatus ... fuisse crudelis; ib. 17. forsitan hoc ... mirabile auditu esse videatur; ib. 32. an malim te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis; ib. 39. te videri pudentiorem fuisse quam soles; ib. sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi praecone ... dignum esse videatur; ib. 62. quod vobis iste tantum modo improbus, crudelis ... esse videtur ‖ videatur ‖; ib. 66. ut illae necessitudinis causae leves esse videantur; Planc. 27. qui mihi in huius periculo reus esse videor; ib. 29. si quid est quod mihi scitum esse videatur; ib. 35. qui .. audierit .. ita neglegens vobis esse videbitur, ut ..; ib. 57. quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse videatur; ib. 74. *ne* non solvendo fuisse, bona denique reus ne *retinere voluisse, ... neve haec ipsa ei causa Bostarem veneno necandi fuisse videretur;* Scaur. c. 2, § 4. ut iam nihil esse videatur nisi divinare sapientis ‖ sapientia ‖; Rab. Post. 1. quia videbatur indignum esse et [domini] morte ipsa tristius; Milo 59. ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii; Marcell. 29. res enim eo spectat, ut ea poena ... non videamini esse contenti; Ligar. 13. quod initium senatus cogendi fore videbatur; Phil. I, 6. homo diserte, ut Mustelae iam esse et Tironi videris ‖ ut Mustelae Tamisio et Tironi Numisio videris ‖; ib. II, 8. citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ea societate viderentur; ib. 25. qui magister equitem fuisse tibi viderere; ib. 76. nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor, quam caedes; ib. IV, 11. ut magis exoptatae Kalendae quam serae esse videantur; ib. V, 1. nomen ipsum legationis ultro missae timoris esse signum videbitur; ib. 26. ne illi brevi tempore nimis multi nobis esse videantur; ib. VII, 18. quod fortasse videatur satis esse, sed in principe civi non est satis; ib. 20. quod honore praemiove dignum esse videatur; ib. VIII, 33. cuius propter nefanda scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina; ib. XIII, 22. ſ. debere; Balb. 5. vincere; Planc. 81.

evenire: ut, quaecumque accidant ... incommoda, propter eam causam sceleris istius evenire videantur; Verr. IV, 113.

evomere; ne ... libentius haec in illum evomere videar quam verius; Milo 78.

excellere: quae maxime improbitate excellere videbuntur; Verr. I, 68.

excipere: non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ..; leg. agr. II, 61. nec quicquam illis verbis ... esse exceptum videretur; Balb. 33.

excitare: ut casu (tempestas) excitata esse videatur; Muren. 36.

excurrere: quod ... excurrere ex Africa, imminere [ita] fructuosissimis insulis || in fructuosissimas insulas || populi Romani videbatur; leg. agr. II, 87.

exercere: ne nimium familiariter inimicitias exercere videare; div. Caec. 13.

exire: quae (pecunia) via modo visa est exire ab isto; Verr. II, 57.

exhaurire: aerarium exhauriri videbatur; Sest. 103.

expiare: ut ... scelus imperatoris in poenam exercitus expiatum || expetitum || esse videatur; prov. cons. 5.

expilare: ut expilata provincia, vexati socii ... esse videantur; Verr. V, 179.

explorare: quae quidem omnibus ... prospectare iam exsilium atque explorare fugam domini videbatur; Verr. V, 44.

exprobrare: num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugia fortunae, num casus bellicos exprobrare aut obicere videor? Verr. V, 132.

exsistere: ut illa flamma divinitus exstitisse videatur; Verr. IV, 69. ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur; Catil. I, 14.

exspectare: quod maxime exspectari videbatur; Verr. a. pr. 45. etiam nunc mihi exspectare videmini, iudices; ib. V, 10.

exsultare: ut exsultare victoria nobilitatis videretur; Sex. Rosc. 16

facere: ecquid tandem tibi videtur senex ille .. minoris facere Eutychum filium? Sex. Rosc. 46. ut ne plane videaris id facere; ib. 54. ut hoc iudicium non de illorum praeda, sed de huius maleficio fieri videretur; ib. 95. ut ea ... contra vosmet ipsos facere videamini; ib. 104. satis fidei et diligentiae meae, ... satis etiam iudici fecisse videar; Qu. Rosc. 14. videor mihi gratum fecisse Siculis; Verr. II, 16. ut haec, quae dixi, gratis facta esse videantur; ib. 61. qui ... tamen id more potius suo quam merito tuo facere viderentur; ib. 155. ne quid horum ... adventu meo factum esse videatur; ib. 161. si per vim multitudinis factum esse videretur; ib. ut nihil malitiose neque consulto fecisse videatur; ib. 164. ut, quae olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad cludendum factae esse videantur; ib. IV, 124. FECISSE VIDERI pronuntiat; ib. V, 14. ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute et callide fecerint; Caecin. 4. ut ... de iure civili iudicium fieri videretur; ib. qui ausus est dicere, FECISSE VIDERI eum; ib. 72. satis mihi multa verba fecisse videor; imp. Pomp. 27. nos autem ... satis facere rei publicae videmur; Catil. I, 2. ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse (illud) videatur; ib. III, 21. iudicium fieri videtur; Flacc. 40. ne gratiae causa facere viderentur; Quir. 11. fieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est; Sest. 67. tum tu ipse de te FECISSE VIDERI pronuntiavisti; Piso 97. ne vobis id ille magna ratione fecisse videatur; Planc. 2. in qua (causa) quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio; ib. 5. ut hoc stultissimum [facinus] ... sapienter factum esse videatur; Rab. Post. 24. ne Tubero quod numquam cogitavit facturus fuisse videatur; Ligar. 24. quam ob rem ... mihi videamini ... potestatem nobis ... fecisse dicendi; Phil. III, 13. ne contra senatus consultum fecisse videatur; ib. X, 13. ne quid adrogantius ... facere videatur* || videatur facere; ib. XIII, 13.

fallere: ſ. eripere; Verr. II, 134.

fateri: ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur; Caecin. 27.

ferre: utrum videtur id senatus factum iudicare, an ... moleste graviterque ferre? Cluent. 136. tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse [gratiam] videar; Sulla 47. ut aut praestantissimus vir ... repulsam tulisse videatur aut unus quisque nostrum praeteritus; Phil. XI, 19.

fingere: ſ. dicere; Cael. 55.

flagitare: a quibus etiam tacentibus flagitari videmur; Phil. XIV, 30.

furere: ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur; Verr. IV, 39.

gerere: ut peregrinari in aliena civitate, non ... in tua magistratum gerere videare; Rabir. 28. ut ea virtute, non casu gesta esse videantur; Catil. III, 29. ut ea ... casu ... gesta esse videantur; Sulla 83. ſ. providere; Catil. III, 18.

gignere: ut idem deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur; Phil. XIV, 32.

gloriari: ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum; Flacc. 74. ne nimis gloriari viderer; har. resp. 16.

habere: etiam si quid antea recti aut venusti habere visi essent || visi sint ||; Quinct. 77. quae (navis) ... urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur; Verr. V, 89. ut sua religio, laudatio, auctoritas aliquid ... momenti || in laudatione auctoritatis aliquid ... et momenti || habuisse videatur; Font. 14. homo mea sententia prudentissimus Caecina ... plus mihi animi quam consilii videtur habuisse; Caecin. 22. utrum tandem hoc capite honos haberi homini an invidia quaeri videtur? leg. agr. II, 60. habere videtur ista res iniquitatem; Catil. IV, 7. ne ab ipso ... concessam videamur habere licentiam fingendi; Muren. 20. quantum quisque animi et facultatis habere videatur; Muren. 44. nullam mihi poenam videtur habere id; Piso 95. nec privatos focos nec publicas leges videtur nec libertatis iura cara habere; Phil. XIII, 1.

hiare: utrum ea (domus) patere an hiare ac poscere aliquid videtur? Verr. III, 8.

hortari: hi subito hortari ad pacem ... non sine causa videbantur; Phil. XII, 2.

iacere: videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae; Cael. 5.

ignoscere: ſ. concedere; Verr. V, 126.

imitari: ut haec simulata adeptio || adoptio, al. || filii quam maxime veritatem illam ... imitata esse videatur; dom. 36.

imminere: qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem; dom. 47. ſ. excurrere.

immittere: ſ. emittere.

impedire: NON VIDERI STHENIUM IMPEDIRI EDICTO QUO MINUS EI ROMAE LICERET ESSE; Verr. II, 100.

impendere: multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum; Phil. I, 10. ſ. adesse.

imperare: ut aliquando vere videremur ... imperare; imp. Pomp. 56.

impetrare: ut nescio quid a te impetratum esse videatur; Flacc. 83. ſ. efflagitare.

implorare: videturne ipsa res publica .. consulis auxilium implorasse? dom. 12.

imponere: ſ. absterrere.

incidere: in eam fraudem videtur mihi divinitus incidisse; Verr. III, 178. ac mihi quidem ... fatalis quaedam calamitas incidisse videtur et ... occupavisse; Ligar. 17.

incolere: ſ. diligere; Verr. IV, 107.

incurrere: qui nescio quo pacto mihi videtur praetorius candidatus in consularem ... incurrere;

Muren. 57. ut in eum non invasisse, sed incucurrisse videamur; Sest. 14.

indicare: ut non iam aliis indicari, sed indicare se ipsi viderentur; Catil. III, 13.

inesse: ut in uno omnia maleficia inesse videantur; Verr. II, 82. an ... dubium vobis fuit inesse vis aliqua videretur necne? Caecin. 31. ſ. continere.

inflectere: ſ. corrigere.

inruere: qui (homines) quasi de industria in odium offensionemque populi Romani inruere videantur; Verr. a. pr. 35.

insanire: ſ. furere.

insectari: num obscure videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompei exercitum? leg. agr. I, 6. ſ. cogitare; Cael. 16.

instare: ea quae videntur instare; Sex. Rosc. 22.

instaurare: ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur; Sex. Rosc. 153.

insultare: ſ. exprobrare.

intellegere: ut plane intellegere viderentur ad quam rem parati essent; Tull. 19. visus est mihi primo veterator intellegere praeclare; Caecin. 30.

intercedere: videturne intercessisse appellatio tribunorum non morae sed auxilii causa? Quinct. 65.

intercipere: ſ. efflagitare.

intercludere: ſ. exprobrare.

interesse: ut in eorum consiliis omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi [populi Romani] interesse videantur; Verr. a. pr. 48.

invadere: ſ. incurrere; Sest. 14.

invidere: ne ... invidisse videar Antonio; Phil. XIII, 28. ſ. consulere.

irasci: ut ... etiam mihi videretur irasci; Caecin. 28.

ire: ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris; Catil. I, 23.

iudicare: ne videretur iudicasse, bona sua ... possessa esse; Quinct. 31. parumne videbatur populus Romanus iudicare ..? Sest. 123. ne a populo iudicatum esse videatur; Planc. 9. mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil gravius ... iudicasse, sed etiam statuisse videtur ..; Milo 15. ſ. ferre; Cluent. 136.

labare: cum ei labare M. Antonius videretur; Phil. VI, 10.

labefactare: cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur; Sest. 62.

laedere: ut neque fides huius defensionis relicta neque cuiusquam aut dignitas laesa aut amicitia violata esse videatur; Cluent. 118.

laetari: qua (pace) ... etiam tecta atque agri mihi laetari videntur; leg. agr. II, 9. quae (urbs) quidem mihi laetari videtur; Catil. II, 2. ut ... etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa laetari; Piso 52.

latere: ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una littera latuisse videatur; Caecin. 38. ſ. esse; Verr. II, 181.

latitare: si latitare ac diutius ludificare videatur; Quinct. 54.

laudare: summe haec omnia mihi videntur esse laudanda; div. Caec. 57. ne nostrum consilium ... laudare videamur; Flacc. 87. cum idem supplicium minatur optimis civibus, ... laudare videtur, quasi imitari velit; Phil. III, 18.

levare: ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur; Arch. 31.

licere: cum utrumvis licuisse videatur; Verr. III, 167.

loqui: nonne vobis Numa Pompilius videtur loqui? dom. 127. ſ. confiteri; Sest. 40.

ludere: ut aut lusisse in tantis rebus aut profecto nescio quid spectasse videatur; leg. agr. II, 28.

ludificare: ſ. calumniari. latitare.

lugere: nihil est .. tam alienum ab eo ... quam videri coniuratorum poenam mortemque lugere; Sulla 31. ſ. desiderare.

malle: mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse; Muren. 29. vide ne alienis exemplis eisque recentibus uti quam et antiquis et domesticis malle videare; Phil. XIII, 15.

manere: manere in instituto meo videor; div. Caec. 5.

meditari: simul atque candidatus accusationem meditari visus est; Muren. 43.

meminisse: ut praeterita meminisse, reliqua sperare videamur; imp. Pomp. 47. quantam (contionem) meminisse non videor; Phil. IV, 1.

mentiri: si .. illud diceres, improbe mentiri viderere; Quinct. 81.

metuere: ſ. excipere; leg. agr. II, 61.

minitari: ſ. denuntiare.

minuere: ne ... minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio; Phil. X, 2.

mirari: mirari visus est; Sex. Rosc. 60.

moliri: ut velle atque optare aliquid calamitatis filio potius quam id struere et moliri videretur; Cluent. 178.

movere: quod exercitus armatos movet, id advocationem togatorum non videbitur movisse? Caecin. 43.

nasci: ut hoc amplissimum nomen [senatorium] ... ad contumeliam improborum natum esse videatur; Verr. III, 96. qui ad omnia ... bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur; imp. Pomp. 42. nata esse ibi ‖ inibi esse haec ‖ (superbia) ex Campanorum fastidio videtur; leg. agr. I, 20. qui mihi non tibi, sed patriae natus esse *videris* ‖ videare ‖; Muren. 83. sic T. Annius ad illam pestem comprimendam ... natus esse videtur et quasi divino munere donatus rei publicae; har. resp. 6.

niti: [ut illo supercilio annus ‖ cincinnatus ‖ ille niti tamquam *vade* videretur]; Sest. 19. ſ. confidere.

nolle: ſ. posse; Catil. III, 22.

nosse: etiam controversum ius nosse et tractare videare; Muren. 28. nosse aliquod eius volnus ... videbantur; Phil. XII, 1.

numerare: qui ... mihi videtur tamen inter viros optimos ... esse numerandus; Font. 38.

obicere: ſ. exprobrare.

obligare: ne obligati esse videantur; Planc. 73.

oblinere: ut non cera, sed caeno obliti esse videantur; Verr. V, 173.

obloqui: quae (exspectatio) mihi obloqui videtur; Cluent. 63.

observare: ſ. colere.

obsignare: ut ... civitates ... Laelio praesenti ... nihil temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur; Flacc. 36.

obstare: quoniam .. ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur; Sex. Rosc. 6.

obstrepere: eius modi res ... obstrepi clamore militum videntur ‖ obstrepit clamor militum ‖; Marcell. 9.

obtinere: ne summo iure egisse quam ne certum ius ‖ eius, et ius ‖ non obtinuisse videatur; Caecin. 10.

obtrectare: quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse; imp. Pomp. 57.

occupare: num tibi videor in causa Ligarii esse occupatus? Ligar. 30. ſ. insidere; ib. 17.

offerre: neque iste mihi videtur se ad damnationem solum offerre; Verr. I, 8.

officere: ſ. obstare. — olere: ſ. clamitare.

oportere: EOS ITA VIDETUR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE; Quinct. 84.

opprimere: ne eadem mulier ... *et* turpissimum latronem eripuisse et honestissimum adulescentem oppressisse videatur; Cael. 78.

optare: ſ. moliri.

oppugnare: utri oppugnasse videantur; Tull. 55. quia verbis oppugnare aequitatem videbatur; Caecin. 67. ſ. adimere.

ordiri: de quo si paulo altius ordiri ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite; Verr. IV, 105.

osculari: quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam; Muren. 23.

ostendere: quae (tempora) simul ac primum aliquid lucis ostendere visa sunt; Phil. IV, 1.

ostentare: creditoribus suis spem ostentare provinciae videretur; Fr. B, XIII, II, 3.

parcere: si minus eius famae parcere videbor; Tull. 3.

patefacere: haec enim mihi ad omnia defensio patefieri videtur; Verr. IV, 8.

patere: ſ. hiare.

pati: ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur; Catil. II, 20.

percellere: ſ. adfligere.

perdere: videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quaesisset; Verr. III, 198. quod id perdere videbatur; ib. 199.

peregrinari: ſ. gerere; Rabir. 28.

permittere: ut quibusdam populis ... permittendum esse videatur; Balb. 22.

permovere: non ut odio permotus esse videar; Catil. I, 16.

perspicere: cum satis iam perspexisse videretur; Verr. IV, 65.

pertimescere: ſ. commovere; Font. 34.

pertinere: vereor ne ad pluris oratio mea pertinere videatur; Sex. Rosc. 94. cum .. ea consuetudo ... ad summam rem publicam pertinere videretur; Tull. 8. quod videretur ‖ videtur ‖ ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere; Caecin. 6. quae mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere; dom. 41. ne ad te hoc crimen pertinere videatur; Phil. II, 36.

pervadere: ut quaedam calamitas pervadere videretur; Verr. I, 44.

pervenire: mihi quidem .. ille pervenisse videtur; Phil. XI, 6.

petere: si forte videbor altius initium rei demonstrandae petisse; Caecin. 10. ut eundem quem optimi ac nobilissimi petere cursum laudis videretur; Cael. 72. ut petere viderer; Planc. 25. ſ. efflagitare.

ponere: ſ. conlocare. convenire; Tull. 16.

poscere: quam (potestatem) cum poscebat, verbo illam poscere videbatur; Verr. a. pr. 44.

posse: quod in hac videor posse facere; Quinct. 35. quod ... aliquo modo posse ferri videtur; Sex. Rosc. 117. qui videbatur eorum fortunas fide diligentiaque sua posse defendere; div. Caec. 67. ut ea (provincia) ... vix .. recreari aliquando posse videatur; Verr. a. pr. 12. nullae sordes videbantur his sententiis adlini posse; ib. 17. qua (statua) vix tuto transiri posse videatur; ib. II, 141. ut ab omnibus ventis invidiae circumflari posse videatur; ib. III, 98. illi quoad videbatur ferri aliquo modo posse contenderunt; ib. 99. nihil addi iam videtur ... ad hanc improbitatem ... posse; et recte nihil videtur; ib. V, 115. videor hoc leviter pro mea auctoritate ‖ hoc certe pro levi mea auctoritate ‖ vobis praecipere posse; Font. 42. quoad videretur salvo capite fieri posse; Caecin. 20. ad dicendum autem in altera videar mihi aliquid reperire posse; ib. 64. qui conlatis signis exercitus regios superare posse videatur; imp. Pomp. 66. videte ut ... illorum orationi ... respondere posse videamur; ib. 68. ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse; Cluent. 32. nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur; ib. 35. ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur; ib. 111. quod te ista censoria, sive voluntas sive opinio fuit, adiuvare ... posse videatur; ib. 125. praetermitti ab censoribus et neglegi macula iudiciorum posse non videbatur; ib. 130. cui loco respondere vix videor posse; ib. 135. qua illud potuisse ita circumsecari videretur; ib. 180. unum hoc certe videor mihi verissime posse dicere; leg. agr. II, 64. ut (petitiones) vitari posse non viderentur; Catil. I, 15. nullum videri contra me consilium iniri posse; ib. 18. quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse; ib. III, 18. quae bellum populo Romano facere posse et non nolle videatur; ib. 22. quos mihi videor facillime posse superare; Sulla 46. quod (volnus) videretur huius vita et natura accipere potuisse; ib. 73. non videri eam ‖ ea ‖ recte posse dedicari; dom. 136. ut (ea) vel a Q. Catulo ... praeclare posse dici viderentur; Sest. 122. ne quis vir clarus ... huic ordini iure irasci posse videatur; prov. cons. 39. quae mihi tum ... vere posse dici viderentur; Balb. 38. cui ne referri quidem gratia posse videatur; Planc. 73. videnturne vobis posse Caesaris acta servari? Phil. I, 19. Oceanus ... vix videtur tot res ... tam cito absorbere potuisse; ib. II, 67. quae (gloria) vix caelo capi posse videatur; ib. 114. quia non posse fieri videbatur; ib. III, 3. quamquam vix videntur haec posse seiungi; ib. XIII, 6. cuius ne supplicio quidem ullo satiari videtur posse populus Romanus; ib. 21.

possidere: is, ut opinor, praedium, non bona videatur alterius possidere; Quinct. 85.

postulare: non quia res postulare non videretur; Tull. 5. cum ... commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus vel aetas mea postulare; Deiot. 1.

praestare: videatur honorem debitum patri praestitisse; Phil. IX, 12.

praeterire: quod ab Alfeno praeteritum esse videatur; Quinct. 68. praetereunda videntur esse permulta; Verr. IV, 97. ne haec quidem P. Sullae mihi videtur silentio praatereunda esse virtus; Sulla 62.

praetermittere: nihil enim praetermittendum de istius impudentia videtur; Verr. IV, 86. ut ... nihil a me ... praetermissum esse videatur; Sest. 5.

praevaricari: ſ. defendere; Cluent. 58.

privare: ſ. conservare; Cluent. 201.

prodesse: maluit in maximo rei publicae discrimine emori quam minus quam potuisset videri rei publicae profuisse; Phil. IX, 6.

proferre: isti ipsi mihi ‖ ipsi mihi isti ‖ videntur vestri praeceptores et virtutis magistri finis officiorum paulo longius ... protulisse; Muren. 65. cum a me ipso elaborata (haec) proferri viderentur; Cael. 54. ne aut proferre videar ad tempus aut eo genere uti litterarum; Planc. 74.

proficisci: ut ... non ad aedem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur; Verr. IV, 108.

profiteri: ne .. id profiteri videar; Cluent. 51, ſ. fateri.

progredi: cum mihi ipsa Roma ... progred visa est; Piso 52.

prohibere: ſ. admonere; Sex. Rosc. 70. Tull. 9.
prolabi: ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur; Font. 28.
proponere: proponenda ratio videtur esse officii mei; Rabir. 1. quae (causa) videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita; dom. 44.
propulsare: ſ. emendare.
prospectare: ſ. explorare.
providere: ut deorum immortalium nutu atque consilio et gesta et provisa esse videantur; Catil. III, 18. ut ... condicioni omnium civium providisse videamini; Cael. 22.
putare: quas videtur ille peracutas putare; Phil. III, 21.
quadrare: nisi omnia ... in istam quadrare apte viderentur; Cael. 69.
quaerere: ut ... tamen impudentiae suae pudentem exitum quaesisse videatur; Verr. I, 2. satisne vobis magnam pecuniam Venerius homo ... Veneris nomen quaesisse videtur? ib. II, 24. non enim hoc sine causa quaeri videtur; imp. Pomp. 22. ut aliquam mihi bonam gratiam quaesisse videar; ib. 71. ex omnium sententia constitutum est satis videri esse quaesitum; Cluent. 177. satis quaesitum videri; ib. 182. tum utrum fundi facti sint an non, quaerendum esse videtur ‖ videatur ‖; Balb. 22. ut ... ab eo ... videatur mihi pernicies esse quaesita; Piso 74. ut in augenda re non avaritiae praedam, sed instrumentum bonitati quaerere videretur; Rab. Post. 3. ſ. habere; leg. agr. II, 60.
recedere: num .. ille lanista omnino iam a gladio recessisse ‖ a gladiatore cessisse, recessisse ‖ videtur? Sex. Rosc. 118.
recipere: homo ... noluit videri ... Rubrium invitus domum suam recepisse; Verr. I, 65.
recitare: utrum vobis consilium tandem praetoris recitari videbatur ... an praedonis improbissimi societas atque comitatus? Verr. V, 54.
recreare: ſ. confirmare; Verr. V, 178. conligere; ib. III, 124.
reddere: ut isti pro praerogativis eam ‖ iam ‖ reddidisse videatur; Verr. a. pr. 26.
redire: non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur; Piso 53. redire ad se videtur; Phil. VIII, 25.
referre: ut (civitas) huic ... parem gratiam referre videatur; Font. 45. ſ. ferre; Sulla 47. redire; Piso 53.
refragari: ne refragari homini amicissimo ... videar; Phil. XI, 20.
refricare: ſ. commovere; leg. agr. III, 4.
refutare: videntur ea esse refutanda; Milo 7.
relevare: ut saepe homines aegri morbo gravi ... primo relevari videntur, ... sic videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura etmetu esse relevati; Catil. I, 31.
relinquere: ne dissolutius ‖ dissolute ‖ relinquere videretur; Caecin. 103. ſ. laedere.
repetere: ne populus Romanus ab isto eas poenas vi repetisse videretur; Verr. V, 163. ſ. ordiri.
reprehendere: ut viderentur ... sua auctoritate iudicia reprehendisse; Cluent. 130.
repudiare: qui si adulescens ... patris imperium timuisse aut a parente repudiatus videretur; Muren. 11.
rescindere: ne tuum iudicium videar rescindere; Verr. V, 20.
residere: quod ... cum horum etiam tectis et sedibus residere aliquod bellum semper videtur; dom. 61. sin scrupulus tenuissimus residere aliquis videbitur; har. resp. 11.
respirare: respirare visus est, quod non alius potius diceret; Sex. Rosc. 60. respirasse homines videbantur nondum re, sed spe rei publicae recuperandae; Sest. 72.
respondere: si id, quod oportet, responderis, idem videare respondisse; Muren. 28.
restare: restare tibi videbatur servorum nomen; Sex. Rosc. 79.
restinguere: exortam videtur flammam ... restinxisse; Verr. V, 14.
restituere: ut huius ordinis auctoritas ... rei publicae restituta esse videatur; leg. agr. I, 27. in quam (urbem) videor esse restitutus; dom 146. ut contra rem publicam restituti esse videantur; Phil. X, 22.
retinere: ſ. commovere; Milo 85.
revocare: ipsi di ... idcirco mihi videntur fructum reditus (mei) ... ad suorum sacerdotum potestatem ... revocasse; dom. 143. ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur; Fr. B. VI, 17.
scire: plus etiam scire quam sciebat (Panurgus) videbatur; Qu. Rosc. 30.
scribere: ſ. agere; Sest. 120. obsignare.
sentire: ut ... omnes idem de re publica sensuri esse videantur; Sest. 106.
sequi: quid ut secuti esse videamini? Font. 32. ut testem tamen aut tabulas secutus esse videatur; Caecin. 71.
servare: ne ... hic ... ad iudicum crudelitatem videretur esse servatus; Verr. V, 3. qui (homo) mihi videtur quasi quoddam exemplar ... servari; Fr. A. III, 17.
sevocare: ut rursus plebes ‖ plebs ‖ in Aventinum sevocanda esse videatur; Muren. 15.
significare: id significare nutu videtur; Verr. III, 26. ſ. adnuere.
spectare: ut nihil nisi sempiternum spectare videatur; Rabir. 29. ſ. ludere.
sperare: quod sperare mihi videor; Verr. a. pr. 50. sperare videor tantum afuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuae; Planc. 8. ſ. meminisse; imp. Pomp. 47.
spoliare: ut pluris hic sociorum urbis quam ille hostium spoliasse videatur; Verr. III, 9.
statuere: ne in hoc scelere ... nimis aliquid severe statuisse videamini; Catil. IV, 13. ſ. iudicare; Milo 15.
struere: ſ. moliri.
sublevare: tot tantaque eius vitia sublevata esse videbuntur; Verr. a. pr. 47.
superare: ut etiam illum ipsum [suo] artificio superasse videatur; Verr. I, 53. me nulla in disputatione ab Accio videri esse superatum; Cluent. 149.
suscipere: itaque mihi videor, iudices, magnam ... rei publicae partem suscepisse; Verr. I, 5. quamquam in hac causa multo pluris partis mihi defensionis quam accusationis suscepisse videor; ib. II, 10.
suspicari: de quibus illi aliquid suspicari viderentur; Sulla 36. quod tamen mihi iam suspicari videntur; har. resp. 46.
sustinere: gravissimam sustinere mihi personam videtur; Piso 71. parum mihi visus es eos ... sustinere; Phil. VIII, 1.
tangere: ſ. audire; Scaur. 26.
tegere: cuius eximia virtus, dignitas et ... fides et continentia tegere videretur improbitatem et legis et actionis tuae; dom. 23.
tenere: ea (lege) non videri populum teneri; Fr. B. VI, 11.
timere: ut ne quis id forte nesciat timere videantur; Cael. 26. ſ. repudiare.
tollere: ſ. eripere; Sex. Rosc. 71.
tradere: ſ. adferre; Verr. V, 187.

trahere: quae (legio) mihi videtur divinitus ab eo deo traxisse nomen; Phil. IV, 5.

tribuere: ut ... haec .. extrema ... non culpae, sed fortunae tribuenda esse videantur; imp. Pomp. 10. quantum cuique libidini tribuendum esse videatur; sen. 15. ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse videatur; Vatin. 41.

